C. S. SCHVRZFLEISCHII,
Polyhiſtoris,

NOTITIA SCRIPTORVM
Librorumque uarii argumenti,
quam ex
uariis ipſius praelectionibus,
in inclyta ad
ALBIM ACADEMIA,
ingenti olim applauſu,
habitis,
ſtudioſe diligenterque
collegit et edidit
I. C



Pars I

Vittembergae,
Apud Sam. Godofr. Zimmermannum,
A. CIↃ IↃ CCXXXV.

In coelo uiuit Sarcmaſius *atque triumphat,*
In ſcriptis terra fama perennis erit.
Inuidiae ſpernit rabiem mentemque malorum.
Ignorant etenim qualis in orbe fuit.
Qualis in orbe fuit norunt, noctesque, dieſque,
Qui uoluunt ſtudio ſcripta repleta ſuo.
Scripta repleta ſuo ſtudio tritonia Pallas
Collaudat, queis laus nulla ſat eſſe poteſt.
Hinc abeat Zoilus, turpi ſuffuſus amore
Sarcmaſii, *dicens, molliter oſſa cubant.*
Molliter oſſa cubant, dicat, ſed gloria Pindi,
Addat, Sarcmaſius, *grande decusque, manet.*

Buom. 594

Apparatus,
siue
Notitia hiſtoriae ciuilis.

I

Hiſtoria ciuilis eſt commemoratio plena atque exquiſita rerum, in republica geſtarum, uitae humanae inſtruendae efficaciſſime inſeruiens.

Dicitur hiſtoria ciuilis, ut diſtinguatur a ſacra et diuina, quae uetuſtiſſima, autore Moſe et Prophetis. Hi ubi deſierunt, excipiet Herodotus ſuam hiſtoriam, qui, aetate Olympiadum, ſcripſit. Ante eum omnes fabuloſi. Hiſtoria dicitur ab ἱστορέω, quod ſignificat uel recordor, uel ſcriptis profero. Hoc deſcendit ab ἵστημι, ſcio. Diſtinguendum uero hic inter hiſtoriam ex originatione, qua eſt narratio, ſeu commemoratio, rerum, et inter hiſtoriam ex officio, qua eſt commemoratio plena, copioſa et continuata. E. relationes ſemeſtres non ſunt hiſtoria. Deinde diſtinguendum inter hiſtoricam et hiſtoriam. Hiſtoriam definimus, quod ſit habitus principalis, commemorans res geſtas. Hiſtorica eſt habitus organicus, per quem dirigimur, ut ſcribamus, cognoſcamus, etc., hiſtoriam.

II Commemoratio innuit, res praeteritas eſſe, quod in hiſtoria uel maxime ſpectentur euentus rerum; rebus comprehendimus non modo actiones humanas, quamlibet has potiſſimum, ſed omnes etiam res, effectus atque euentus, cum actionibus humanis connexos, quatenus inde aliquid ad rempublicam et uitam hominis inſtruendam redundat. Atque hinc ultro innoteſcit finis.

Rempubl. dico, quia eſt prudentiae mater hiſtorica, ex qua rempubl. inſtruere poſſumus. Politicus enim ſcire experirique non poteſt omnia. Ergo oculo opus habet, nempe hiſtoria. Hinc politicum Oxenſtierna dixit, qui poſſit oculis uidere omnium ſeculorum, i. e., qui gnarus eſſet hiſtoriae omnium ſeculorum. Reſpublica proprie ſumitur pro regimine uere maieſtatico, uel oligarchico, uel democratico. Omnes hos informat hiſtoria. Vel analogice pro republica, quae denotat quoduis regimen, ſeu dynaſtiam. Hinc ab initio Iſraelitae non habuerunt proprie dictam rempublicam, quia ſtatus uocatur theocraticus. Vid. Diſſert. Le Bleu, de ſtatu theocratico, it. Cunaeus, in Republ. Hebraeorum.

III Eſt uero hiſtoria uel rerum uniuerſalium, uel ſingularum, ſeu, ut uocum artifices loquuntur, uel uniuerſalis eſt, uel particularis. Illa iterum uel antediluuiana, uel poſtdiluuiana. Illa ab Adamo incipit, haec uel eſt uetus, uel noua, illa reſpicit Aſiam, Africam et Europam, haec utramque Indiam, Orientalem et Occidentalem

Antediluuianae hiſtoriae principium et proprius character ſumitur ex Moſe. Non ergo hic ualet diſtinctio temporis Varronis, in ἄδηλον, μυθικὸν et ἱστορικὸν. Varro, omnium ſelectiſſimus inter chronologos Rom., quia omnia archiua uidit Rom. Regum. Hinc Dioni Halicarnaſſeo plus tribuo, quam Liuio, quia hic fuit Varronis ſocius, cui arcana hiſtorica communicauit Varro. De Moſe melius dicitur, ſcripſiſſe librum hiſtoricum, quam hiſtoriam, quia librum omnium hiſtoriarum ſcripſit, excepta ciuili. Hiſtoria antediluuiana comprehenditur annis CIↃ IↃC LVI, ergo ſeculis XVII, quot nos nunc numeramus a N.C. Vnde, hoc ſeculo,

Phil.

Phil. Nicolai putat, interitum mundi futurum. Scripſit hanc hiſtoriam, praeter Moſen, etiam Ioſephus, ſed corrigendus ex Moſe, quia fabulatur ex Rabbinis. De Americanis uid. Kamerſchius, qui probat ex Noachidis eſſe, adeoque, per XVII ſecula, prima Indias non fuiſſe cultas. Ab Aſia incipimus, quia fuit matrix humani generis, et omnium prima reſpubl. ibi fuit condita a Nimrodo Babylone, deinde Ninive a Nino conditum imperium monarchicum. Africanum Chamus et eius poſteri condiderunt imperium. In Europam Iapetus peruenit. In quaque prouinciarum metropolis aliqua fuit, quod ominoſum. In Aſia Babylon et Niniue, in Africa Carthago et Alexandria, in Europa Roma.

IIII Diuiditur etiam poſt diluuianam in antimonarchicam et monarchicam. Illa ab eluuione Noachida numeratur. Haec eſt uel per eminentiam dicta, et cum aliis imperiis, regnis rebuſque publicis, connexa, uel per ſimilitudinem appellata, quando populus Hebraeus poteſtate patria prius, quam iudiciaria et regia, regebatur.

Antimonarchicum imperium continetur annis LXI, in quo nemo alteri iure naturae nocebat. Legatur Hobeſius, in ſuo Ciue, ſed cum iudicio. Libellus, in c. 12. Babylone poſtea monarchiam condidit Nimrodus.

V Monarchica per eminentiam uel eſt barbara, uel culta. Illa uel eſt Chaldaeorum, ſeu Aſſyriorum, uel Perſarum, haec uel Macedonum, uel Romanorum.

Monarchias propheticas, ſeu ſingulares, ſeu uniuerſales, alii uocant has quatuor. Aliae enim etiam fuerunt, eaeque communes, quia ibi monarchia,

ubi unus imperat. In monarchia Chaldaica Rex I fuit Nimrod, ultimus Sardanapalus. Hic legendus Iulius Africanus, qui hodie tantum ſupereſt in excerptis, Herodoto ſubiunctis. Optima Herodoti editio eſt H. Stephani, in f. In monarchia II Rex primus fuit Cyrus, ultimus Darius Medus. In III Alexander primus et ultimus fuit Hic leg. Arrianus et Curtius, quamuis Curtius ad oratoriam magis inclinet. In primis Canon Ptolomaei. Ab hoc enim qui diſſentit, ineptus mihi uidetur. Habetur in Rationario temporum apud Dionyſ. Petauium, egregium ſcriptorem. Ad priorem monarchiam legantur etiam Cteſias Cnidius, in 8, Beroſus, Metaſthenes, Manetho, ſed qui hodie tantum in fragmentis extant. Pſeudo-Beroſus a monacho, Annio, editus, qui multos decepit, magnos alioquin uiros, inter quos Sleidanus, etc., a nobis reiicitur, ut et Pſeudo-Manetho, Methaſtenes et Cnidius.

VI Poſtremae huius initium ducitur a Iulio Caeſare, complementum ab Auguſto. Leg. Herodianus.

VII Ac haec iterum diſpeſcitur in intermortuam et uiuam. Illa complectitur IIII monarchias antiquas, haec Francorum atque Germanorum.

Vid. Hornius, in Hiſt. ciuili ad Carolum M., ſed in multis tamen non eſt accuratus. Intermortua dicitur primo ratione utilitatis, quia non tam utilis eſt nobis, quippe qui in noua quadam monarchia uiuimus, deinde ratione temporis. Ab illo enim tempore nulla politica amplius deducuntur. Viua a Carolingis ducitur, a ſec. nempe IIX. Vid. Syntagma Heroicum Rein. Reineccii, in f., ſed ex autoribus, numeris praecedentibus allegatis, corrigendum, ut ex Petauio, de quo notandum, daſs er ſich im geringſten nicht herauſsgelaſſen, uuenn er in hiſtoricis uon iemand

iemand gefragt uuorden, ne forte eius laederetur existimatio, si ex tempore ex accuratione quaerenti non satisfeciſſet.

VIII Historia intermortua certitudinem nanciscitur ab Olympiade prima, quae incidit in A. M. CIↃ CIↃ CIↃ CLXXIIII. Hinc Varro tempus ab Olympiadibus numeratum uocat historicum, cetera incerta nominat et fabulosa, quod Varroni quidem condonandum, quippe historia mosaica et prophetica destituto.

Olympiades numerabantur a certaminibus nobilium, uti conueniebant atque dimicabant.

IX Atqui uero hic obseruandum, reperiri etiam fabulas in scriptoribus historici interualli. Liceat commemorare Herodotum, qui, quanquam scripsit a coepta epocha Olympiadum, multas tamen fabulas historiae suae asperſit.

Vocatur aeuum historicum, non, quod nullae fabulae irrepserint, sed, quod fabulae poeticae desierint, quales scripserunt Homerus, Orpheus, etc. Inde quidam in dubium uocare uolunt obsidionem Troiae, quia ab his tantum descripta.

X Neque hic committendum, ut historia dicatur qualiscunque rei narratio, aut expositio, in compendium redacta, tantum abest, ut chronica, annales, diaria, fasti, uitae, hoc nomen mereantur.

Vid. hic Orat X uol. II, Mureti, p. m. 72, quam merito memoriter tenere quis debet. Eius simul commendantur Epistolae, quia recedit a more communi, tractatque atque scribit in iisdem res notatu dignissimas.

XI De chronicis constat, iudicii, quod interest historiae ciuilis, expertia esse, et praeterea in iis desiderari continuationis historiae decorum.

Monachi ut plurimum medii aeui chronica scripserunt. Numeratur medium aeuum a sec. VII ad IIX, de hoc critici habent prouerbium, Medii aeui latinitas est barbara. Tale chronicon fecerunt Regino, Herm Contractus, Mar. Scotus, etc. Sed hic distinguendum inter subsidium historici et historiam. Subsidia esse, concedimus, historiam non esse, patet ex definitione. Chronologia hic quoque est aliena, quia est tantum index temporum. Talem chronologiam scripserunt Christoph. Heluicus, item, Schraderus, propter iuuandam memoriam.

XII Annales aeque carent cultu insigniori, quem uindicat historia. Nunc enim accuratio, nunc ornamenta, desunt in eiusmodi commentationibus, quibus disponuntur annorum interualla.

Omnes annales sunt commemorationes, per interualla annorum. Valet hoc, sed non contra. Scripserunt uero annales Steph. Vinandus Pighius, cuius Annales sunt eruditissimi, quamuis non ex decoro historico Romanos condidit. Vil. Cambdenus annales rerum Anglicarum scripsit, sed ego dico, historiam perfectam esse. Ergo notandum, annales sumi uel stylo ueteri, ubi idem notant, als iahrbucher, uel nouo, pro historia accurata. Quod autem non omnis commemoratio per interualla annorum dici possit annalium nomine, patet ex Thuano, qui etiam historiam suam sic disponit, quam minime annalium nomine dices. Et annales perfunctorie scribuntur. Tacitus enim suam historiam annales uocat, sed uocem abusiue sumit, non exquisite.

Nam

Nam scripsit in illa historiam perfectam, quamuis particularem. Et in annalibus plura politica, meliorque qualitas historica, quam in libris historicis. Huc referantur etiam annales ecclesiastici, etc., Baronii, quos continuauit Bzouius. Omnis historia rimatur causas ciuilium rerum. Annales hoc non faciunt. Ergo non sunt historia. Minor probatur, quia annales proprie dicti denotant simplicem commemorationem etc.

XIII Nec aliud de diariis iudicium est, quae, temporis gratia, scribuntur, magis ad memoriae, quam ad historiae, usum.

Ita habemus diarium obsidionis Candiae, item, proximi belli Turcici. Plura diaria extant in Theatro Europaeo. Auiſen kann man diaria nennen. Non esse historiam, patet, quia historicus debet praeterita respicere. Hinc ipse Thuanus in rebus Friderici et Mauricii aliquando haesitat, quia archiua non uidit eorum. Cominaeum Carolus V saepissime legit, secum semper habuit, im schiebsack.

XIIII Fasti saltem comparati sunt ad describendos magistratus Romanos, eorumque res gestas, in quibus operam praeclare posuerunt Car. Sigonius et Onuphrius Panuinius.

In Fastis describuntur tantum nomina Consulum, cum iudicio temporum, eorumque acta, e. c., si aliquis hic acta Rectoris, uel Consulis, describeret, etc. Omnis historia debet rerum uniuersarum totum ambitum comprehendere. Sed Fasti id non faciunt, quia quodcunque tantum partem corporis ciuilis attingit, illud non attingit perfectum historiae ambitum etc. Scripserunt Fastos Anton. Conceius et Hubertus Golzius, qui posterior egregius est in numismatibus, inscribitur liber Thesaurus rei antiquariae Huberti editus, 1579, 4, quamuis etiam extet editio, in f., tamen haec Plantiniana multo accura-

tior et correctior eſt, ut ſolent omnes Plantinianae editiones, quae propterea magnificiendae, quales et eſſe ſolent Aldinae Venetiis. Scripſit etiam, de Nummiſmatibus Imperatorum Adolphus Occo.

XV Vitae ſingulorum uitas proſequuntur, cum hiſtoria latius ſe extendat, et publicis negotiis incumbat ex inſtituto. Huc referimus Plutarchum, cuius tamen uitae excellunt, Suetonium, et pleroſque ſcriptores hiſtoriae Auguſtae minores, quales ſunt Lampridius, Herodianus, alii ex recentioribus Thomas Hubertus, Leodius, Franciſcus Baconus de Verulamio, qui ſcripſit Vitam Henrici VII, quae, ſi ſtylum excipias, reliqua decori parte, cum iuſta hiſtoria certabit.

Commentarii et huc non ſpectant, qui ſunt breues expoſitiones, at neruoſae, rerum geſtarum, quod ad hiſtoriam proprie non quadrat, quia illa debet eſſe diffuſa. Sic Sleidanus Commentarios ſcripſit, quaſi imitatione Iulii Caeſaris, quem Caeſarem lego, non, propter politicam, ſed primo, propter particulas, deinde ſtylum lenem, denique, propter ſuadam extemporalem. Neque Catalogi huc pertinent. Denn dieſe kann ein ieduueder bauer ſchreiben. Leodius Vitam in primis Ludouici Palatini II ſcripſit, in 4, terſus ſcriptor. Baco de Verulamio Anglus fuit, ſtylus politicus non eſt, ſed perfectiſſimas habet imagines ciuilis prudentiae, in 12, alias omnia eius Opera extant, in f. Sic, aeuo medio, ſcripſit Vitam Caroli M. Eginhardus, item, Ludouici Vitam autores anonymi, quos collegit P. Pithoeus.

XVI Infra horum omnium dignitatem ſunt Catalogi, quorum tamen frequentior apud theo-

theologos, aut theologorum Episcoporumque scriptores, mentio occurrit, enituitque in hac parte Anton. Democharis.

Sic extant Catalogi senatorum augusti tribunalis, quod Spirae est. Bodinus propterea insultat Germanis, sagt, diese koenten gute Catalogos machen, esse laborioſos, non uero iudicioſos, quales ad historiam requiruntur, sed et Bodinus in non nullis errauit.

XVII Qui propius ad historiae leges accedunt, epitomen, aut breuiarium, quandoque, sed non uno merito, libris historiarum praescribunt. Sic extant Epitome Flori, i. e., Epitome rerum Romanarum, Epitome Liuiana, qui ex asse merentur hoc nomen, item, Breuiarium Rufi Festi et Eutropii, quorum lectio in primis expedit memoriae iuuandae.

Exquisite Flori Epitome non dicitur uniuersalis, nec Liuii, hinc distinguendum inter epitomen ad hypothesin reliquarum gentium, et epitomen ad hypothesin Romanae gentis, uerbo, inter epitomen historiae unius gentis insignioris, et uniuersarum gentium. Hic bene et recte VVhear distinguit. Rufus distinctionem habet inter Germaniam primam et secundam, inter Belgium primum et secundum.

XIIX Sed age nunc, nominemus historicos, qui dicuntur uniuersales, cuiusmodi Herodotum et Polybium uocant. Nos Polybium solum ita uocandum esse, argumenta habemus. Primo scripsit, eo tempore, quo Romae imperium ad potissimas gentes ueteris, eiusque

Digitized by Google

cogniti orbis, diffuſum erat, deinde cum rebus Romanorum res reliquorum tunc inſigniorum connexuit in Europa, Aſia et Africa, poſtremo ſolus ille ex antiquis uirtutem hiſtoriae uniuerſalis obſeruauit.

Editio Polybii triplex eſt, Nic. Perotti, quae tantum Latine edita eſt, 1437, hanc non laudo, niſi, propter raritatem, Cauſauboniana omnium terſiſſima et auguſtior ceteris, ſed haec duplex eſt, una, in f., altera, quae eſt tertia, 64, in 8, edita, cum notis, quae maxime commendatur, quatuor thaleris aeſtimatur, reſpondent ſibi uerſio Graeca et Latina. Semper Polybium Scipio legit, ut Carolus V Cominaeum, qui alter eſt Polybius. Boeclerus, et alii, perſuaſi ſunt, primum hiſtoricum uniuerſalem eſſe Herodotum, ſed nego hoc. Inter profanos hiſtoricos primum eſſe, certum eſt. Sed prius falſum eſſe, probo, omnis hiſtoricus uniuerſalis debet ſcribere omnium gentium et nationum, illo tempore, quo uiuit, ſibi cognitam hiſtoriam, et quidem non incidenter, ſed Herodotus id non facit, ſed ferme tantum Aſiaticam ſcribit, incidenter Aegypti meminit, Africa perluſtrata adeo non erat etc.

XIX *Herodotus* attigit quidem Africana, i.e., Aegyptiorum geſta, ſed non plena atque accurata connexione hiſtoriae ciuilis, qualem conſignauit Polybius. Conf. Introduct., in Notit. ſcript. P. III, Append.

XX *Diod. Siculus* attingere aliquid uoluit hiſtoriae uniuerſalis, ſed non aſſecutus eſt, quod uoluit.

XXI *Apollodorus* maiore ſui parte deperditus

tus ex diligentiſſimo Bibliothecae ſcriptore, Photio, iudicandus eſt.

XXII Nec eſt, ut illud nomen Ioſepho attribuamus, qui, dum ad Iudaeos omnia refert, longe ab officio hiſtorici uniuerſalis abeſt.

Ioſephus etiam promittit hiſtoriam uniuerſalem, ſed non proſequitur omnium gentium hiſtoriam. Iac. Capellus caſtrat aliquando Ioſephum, et illa teſtimonia, quae de Chriſto agunt, dicit, inſerta eſſe a Chriſtianis. Alias egregius autor, theologo maxime legendus.

XXIII Et multum abeſt, ut huc referam Paulum Oroſium atque Caſſiodorum, et id genus alios.

Nam hi ſeu certo inſtituto ſeruire uoluerunt, ſeu ab uniuerſali illo ſcribendae hiſtoriae officio deflexerunt. Contra Andr. Schottum hic diſputo, qui uult Oroſium eſſe hiſtoricum uniuerſalem. Auguſtinus quidem admonuit, ſcribat hiſtoriam uniuerſalem, ſed aliud eſt monere, aliud facere. Deinde Patres putarunt, hanc eſſe hiſt. uniuerſ., quam quis a C. M. ad ſua uſque tempora ſcripſit, et quidem in illuſtrioribus tantum monarchiis. Delabitur etiam ad res eccleſiaſt. Oroſius. Nec Caſſiodorus, quem edidit Scaliger, talis eſt, quia ſcripſit chronicon, non hiſtoriam, deinde permanſit in rebus Roman., tractatque conſules, ergo legendus cum Faſtis conſularibus, quos, praeter Onuphrium, dedit Car. Sigonius, quem in his ſolum excellere, dixit Thuanus.

XXIIII Aliena igitur h. l. ſunt chronica uniuerſalia, quae plurimum diſtant a iuſta hiſtoria uniuerſali, ut modo indicatum eſt.

XXV Conſtat etiam ex dictis, non accurate loqui Io. Bodinum, cum uniuerſalis hiſtoriae ſcri-

ſcriptoribus accenſet chronicorum uniuerſ. ſcriptores, in Meth. hiſt., p. 395.

Libellus Bodini aliquando nimis curioſus, et aliquando non eſt accuratus, quia confundit hiſtoricos uniuerſales et chronica uniuerſ. Alioquin ſua laude non fraudandus, ſed tamen caute legendus. Thuanus de Bodino dicit, habuiſſe animum omnium rerum capacem. Vulgus hunc et Machiauellum nimis carpunt.

XXVI In Degoraeo VVhear deſideramus, quod non ſecernat accurate hiſtoricos uniuerſales a particularibus, antequam ad iudicium et connexionem hiſtoriarum tranſit. Vid. Relectiones hiſtoricae.

Angli quidem non adeo ſolent ex praeceptis ſapientiae diſſerere. Sed haec tamen omittenda non erant, ſed iudicio accuratiori proſequenda.

XXVII Quod quidem non huc uſque expediuimus, ac ſua cuique, ut dicitur, pretia conſtituimus, modo addiderimus, Trogum Pompeium et Iuſtinum huc referendos uel maxime eſſe. Illum ex Epitome, quae ſupereſt, aeſtimamus. Trogi enim hiſtoria uniuerſalis, ut alia multa, interciđit, et forte non intercidiſſet, niſi eius epitomen feciſſet Iuſtinus.

Qui recte cognoſcere uult Trogum, leget praefat. Iuſtinii, deinde ſciat, amiſſum eſſe, tertio, eſſe primum hiſtoricum uniuerſalem, qui Latine ſcripſit, ſicut Polybius, qui Graece ſcripſit. Commentarii, qui hodie eduntur in eiuſmodi autores nulla politica continent, ſed pertinent ad bellum Grammaticale, ut loquitur Boccalini, qui Germanos propterea ridet. Laudo Iuſtinum, quod redegerit in compendium,

dium, sed uitupero, quod ex compendii occasione deperditus ipse sit Trogus, quod plerumque fieri assolet, ut eiusmodi compendia uergant in detrimentum autoris eiusque existimationis. Oldenburgerus Limnaeum etiam epitomauit, sed eius notae alias rursus notas exigunt, ergo potius ipse Limnaeus legatur. Trogus, si extaret, compararem Polybio in commemoratione uniuersali, sed non in iudicio politico, seu in connexione iudicioſissima ciuili, in qua Polybius parem non habet.

XXIIX At uero haec a Iustino confecta epitome Trogi Pompeii multis modis differt ab epitome Liuiana et epitome rerum Roman. Hae enim omnes, quanquam in eo conueniunt, quod breuiaria quaedam historiae sint, in eo tamen differunt maxime, quod sola epitome Trogi sit epitome historiae uniuersalis.

Distingu. inter historiam uniuersalem, et historiae uniuersalis epitomen, epitomae deest decorum politicum, deinde distingu. inter epitomen historiae uniuersalis, qualis a solo Iustino edita, et historiae particularis, qualis est epitome Flori. VVhear hic accuratus est. Tandem distingu. etiam hic inter uniuersale et generale. Vniuersale comprehendit historiam omnium gentium, generale, quae est certae gentis, per omnes illius partes. Hoc notandum propter Gallos, qui sic uocant suam historiam. Ita Sorellus, historiographus regius, nouissime in Gallia editus, 1667.

XXIX Consequens est, ut intelligatur ordo legendorum historicorum. Is autem uel est temporis, uel doctrinae. De utroque disseruit Io.

Io. Henr. Alſtedius, ſed, ut ſolet, uerboſe magis, quam accurate.

Alſtedius, in Encyclopaedia, in non nullis haeret aliquid, non nunquam tamen habet ſelectiora in opticis, chronologicis, etc. Eſt pro ornamento, non fundamento, legendus.

XXX Propter doctrinam a Io. Sleidani epitome auſpicandum, adhibito Iac. Capello et Marco Zuerio, illo in primis, propter corrigendos priorum monarchiarum errores, et quod deceptus eſſet a Io. Annio adulterinis Beroſii, Manethonis Metaſtheniſque, ſcriptis.

VVhearus hic accuratus eſt. Sleidanus legendus propter ſtylum, ordinem et autores, quos allegat. Iac. Capellus, accuratiſſimus autor, corrigit fabulas, deſinit initio IIII monarchiae, ubi incipies a Boxhornio, in hiſtoria uniuerſali, in 4, ſed in hiſtoria Germanica non nulla deſiderat Conringius, qui eum etiam ſtrinxit. VVhear Beureri Synopſin commendat, quae mihi tamen non adeo probatur, ut et Chronicon Melanchthonis, quod ibidem allegat.

XXXI Temporis ſeries conſtat hunc ad modum, Herodotus, omnium profanorum hiſtoricorum primus, inſpiciatur ante omnes. Tum, quia hiſtoriae ſanctiſſimorum uatum, Eſaiae, Eſdrae, Ieremiae, Haggei et Zachariae, et Chronicorum, quae Paralipomena dicuntur, illuſtrandae adhiberi poteſt, tum, quia id proſequitur, in quo deſinit hiſtoria ſacra.

Millenarii ſunt VI ab orbe condito. I dicitur longaeuorum, hic nemo ſcripſit, II diſperſorum, hic Moſes ſcripſit, in III Herodotus Diſtingu. uero inter

inter historias priuatas et publicas, seu solennes. Priores fuisse, non dubitamus, extabant apud Aegyptios in Hieroglyphicis. IX libros Herodotus scripsit, quos iuxta nouem Musas appellauit. Vertit illum H. Stephanus, sed Latine non placet, in Graeco admodum suauis est.

XXXII Eius historia incipit a regno Gygis, et finitur excessu, seu fuga, Xerxis e Graecia. Quod tempus inter fugam et belli Peloponesii continuauit Thucydides, qui idem est in historia particulari, quod Polybius in uniuersali.

Si cuidam politica instillanda, adhibendus Herodotus est. Tractat enim formas imperiorum et regnorum, ut Thucydides rerum publicarum, qui IIX libros scripsit. I agit de ueteris Graeciae bellis, cum digressione, quae digressio est continuatio Herodoti, II persequitur bellum Peloponensium, in III tradit defectionem Mityleniorum, in IIII est Pyli munitio et Artax., Longimani mors, in V proelia ad Amphipolin, in VI Siciliae descriptio, in VII expugnatio Mycalesia, in IIX mutatio status Athenienfis. Primus liber et ultimus optimi sunt, et legendi a politico, ob iudicia politica. De historia aliquando Lutherus dixit, esse tale studium, quo Deum contemplamur.

XXXIII Post Thucydidem euoluatur Xenophon, Io. Bodino philosophistoricus dictus. Quanquam autem is nobis proprie historicus non est, id tamen pro ea parte intellectum uolumus, qua scripsit paediam Cyri, quippe quae regula potius uitae, quam historia est rerum, a Cyro gestarum. Cetera parte, qua prodit de bellis

bellis ciuitatum Graeciae, legendus est hoc nomine, quo ueri historici solent.

Xenophon scripsit librum, de Institutione Cyri; qui inter philosophos ualet, historicos non item, II, de Expeditione Cyri, qui liber medius est inter historicum et philosophum, III libros, quos uocat Graecas historiarum, quorum sunt VII, et hi sunt uere historici.

XXXIIII Hinc Ctesias Cnidius, Theopompus, Chius et Callisthenes, in iustae historiae contextu perlustrandi sunt, qui cum amplius non extent, adeundus est Diod. Siculus, apud quem fragmenta eorum reperiuntur.

Scripsit Diod. Siculus a diluuio usque ad tempora Iulii Caesaris libros XL, sed libri XXX sunt deperditi, ergo supersunt XX. Habentur eius editiones uariae. Volaterrani editionem castigat VVhear, sed non monstrat meliorem, p. 90, hinc ego commendo Laur. Rhodomanni, quae extat, in 8, et est omnium accuratissima. Commendo autem hunc autorem, propter connexionem historicam, quia connectit cum Xenophonte, non, propter politicam. VVhear hic denuo errat, quando dicit, libris V prioribus haberi historiam uniuersalem. Habet enim tantum tribus libris prioribus, ut ipse libro I indicat, non tamen statim condidit uniuersalem, sed imaginem quasi historiae uniuersalis habet, quia in libris sequentibus res tantum Graecorum persequitur, ergo non est continuata. Obiectio, sed nominat Bibliothecam, respond., non omnis Bibliotheca continet libros omnes Quando Patres ipsum dicunt historicum uniuersalem, populariter loquuntur, non accurate. L I prosequitur res Aegyptiacas, II ferme Chaldaicas, III Aethiopicas

picas et Lybicas. Hinc aliquis colligere posset, ergo est histor. uniuers. Respond., neque hic habet res Roman. et Graecorum. In IIII prosequitur res Graecorum tantum, ergo hic imago historiae desinit. V res Siculas, et insularum mediterranei maris attigit et similes, a VI, usque ad XI exclusiue, est hiatus. Huc uid. Fragmentum Eusebianum, XI tractat de expeditione Xerxis in Graeciam, XII denuo prosequitur res Graecorum, XIII idem continuat, XIIII mutationem status reipublicae Athenienſis tractat, XV rursus pertractat res Graecorum et bella Persarum in Graecia, item, de Boetiis. (das uuaren die baurenlummel) Archiuisque, et hic incipit continuatio Xenophontis. Hic probus VVhear est, adeoque laudandus, contra refutandus Ruthardus, qui dicit, a XVI libro continuationem Xenophontis incipere, quod ex autoribus collatis apparebit, esse falsum. Vid. editio Diodori Siculi Rhodomanni, in 8, p. 658, et Xenophon ex edit. Leunclauii, p. 697. Nam hic in pugna Mantinia desiit, quam hoc L. XV Siculus describit. XVI res Macedonum complectitur, et est quasi praeludium III monarchiae. XVII ipsa monarchia, ab Alexandro fundata, XIIX res gestae ab Alexandri M. excessu, XIX describit tyrannidem Siracusis exercitam ab Agathocle, item, dissidia et aemulationes eorum, qui obtinuerunt diuisa Alexandri M. regna. XX Agathodis in Africam expeditionem continet, item, de rebus gestis Romanorum, auxilia erga Marsos, it., res in Etruria gestas. Hi V libri sunt integri, sed reliqui, usque ad XXVI, non sunt integri, sed excerpti, qui si iuxta perfectam seriem excerptorum aestimentur, sunt XXI, si uero numero rotundo, tantum XX. Distingu. autem inter excerpta ex chronico Siculi, quae excerpta adduntur integris libris, et excerpta ex Bibliotheca, quae non connumerantur. Extant excerpti ex hac, L. XXXI, XXXII, XXXIIII, XXXVI, XXXVII, XXXIIX, XL, omnia reliqua deperdita. Ctesias Cnidius et Theopompus Chius, uixerunt in

II monarchia, i. e, Perſica. Calliſthenes, Graecus, in III, ſcil. Graeca. Megaſthenes, ſeu Metaſthenes, Perſa, Beroſus, Chaldaeus, uixerunt itidem in III monarchia. Beroſi ſupplementum ſcripſit Manetho. Libri hi omnes perierunt. Ruthardus hic denuo errat.

XXXV Tum Metaſthenes, Beroſus et Manetho, in ordine lectionis ſuccedant, quorum ſcripta ſimili fato deperdita, non repetenda, ſed colligenda, ſunt a Ioſepho, qui uixit ad Iudaicae uſque reipublicae euerſionem, ſec. 1.

Cteſias, qui uidit archiua Aegyptiorum et Aſſyriorum, amplius non extat. Inuenimus fragmenta eius apud Siculum, item excerpta quaedam apud Phocium, in Bibliotheca, praeterea apud Ioſephum contra Appionem, qui optimus eius liber. Sic Caliſthenes Chaldaeorum et Babyloniorum archiua uidit.

XXXVI Nondum deſinit ille a Deo prouiſus exercitus. Nam, ut Thucydidis hiſtoriam Xenophon, ita Xenophontis, pertexuit Diodorus, libro XV Bibliothecae, huius denuo Liuius, Hiſt. X. Reliqui enim Diodori libri, quos ad Iulium Caeſarem uſque perduxerat, amiſſi ſunt. Eo uid. Euagrius, ſcholaſticus, H. E. V, 24, et ipſe Diodorus, Biblioth. I, 4.

Appianus aliquando in chronologicis errat, propterea reiicitur a Scaligero, uerum hac in parte iſt Scaliger ein calmeuſer, der auf die criticam ſiehet. In politicis proximus eſt Polybio. Diod. Siculus, eo tempore, uixit, quo Iulius Caeſar uolebat inuadere tyrannidem. Vid. Schraderus, in Tabulis, doctior Heluicus eſt in ſuis Tabulis, ſed utilor Schraderus.

XXXVII Cum Diodoro Polybius, cum Liuio Dionyſius Halicarnaſſeus, coniungatur, uter-

uterque, ob fidem, ille etiam, ab prudentiam insigniorem. Saepe etiam nugatur Diodorus, etsi eum nugari desiisse inter Graecos, existimet Plinius. Fatendum alioqui est, uidisse eum, quod raro contigit, ipsa Aegyptiorum monumenta. De Polybio Dionysioque addendum, Graecos, eosque exteros, fuisse, et tamen in parte scribendae historiae, etiam Romanae, Latinos superasse.

Diod. Siculi historia, tribus prioribus libris, in nonnullis suspecta est, deinde aliquando errat, cum nimio affectu Ctesiam sequitur, qui Ctesias, quamuis viderit archiua Persarum, tamen contradicendi libidine aliquando plane dissentit ab Herodoto, quia ille primus historicus, cuius gloriam aemulabatur. Hunc ergo nimio affectu sequitur Diodorus. Hic tanti habitus est apud Patres, ut Iustinus Martyr dixerit, hunc unum esse Graecos inter historicum, qui desierit nugari. Ego ipse magni facio, quia archiua uidit, deinde, ubi dubitauit, re cognoscere uoluit, atque peregrinationibus se exercuit. De monarchiis breuiter tenendum. I Chaldaeorum in Nimrodo, in quo manet conuersa, non euersa, producitur ad Ninum, auditque Assyrio Chaldaeorum, quia praedominans dat denominationem illi, cui praedominat. Manet fere usque ad Sardanapalum. In Arbace autem rursus conuersa est, et facta Assyrio-Medorum, seu Assyrio-Medo-Chaldaeorum, mansit coniuncta usque ad Mandanem, post hos fuit diuisa, ita, ut Chaldaeo-Medis diuellerentur Assyrii, quorum Rex primus Phul, ultimus Assarhaddon. Chaldaeo-Medorum uero sunt Sesarmus, Artica, et ultimus horum Astyages. Astyagen excepit Cyrus, qui nouam concinnauit monarchiam, quam dicimus Perso-Medorum, h. e., Perso-Chaldaeo-Medorum, quorum ultimus Rex Darius Codomannus.

Hac denuo exſtincta, factus monarcha Alexander M., dicta deinde monarchia Macedo - Perſarum, et, cum Babylonem occupaſſet, Macedo - Perſo - Chaldaeorum, Nam a metropoli aeſtimantur regna, quia ſe maieſtas ibidem habet radicaliter. Romanorum ultima, quae hodie Germano - Romanorum uocatur, a Carolo M., Franco, et potiſſimum Ottone.

XXXIIX Sed, ſi doctrinae inſeruiendum ſit, ſuaſerim in lectione hiſtoriae Romanae, ante Dionyſium Halicarnaſſeum et Liuium, Breuiarium Rufi Feſti, hinc Meſſalae Coruini in primis, tum Flori atque Eutropii.

Diſtingu. inter ordinem naturae et doctrinae, priorem expoſui, quando dixi, incipiendum eſſe a Diodoro, etc., alterum iam aggredior. Naturae ordo etiam temporis dici poteſt, quia, qui prior uixit, prior legendus.

XXXIX At Polybii non obliuiſcamur. Is hiſtoricus uere uniuerſalis, et Megalopoli, Graeciae ciuitate, oriundus, fide, ingenio, iudicio, maximus fuit, quemque hactenus nemo imitari potuit, praeter Iac. Aug. Thuanum, ut credam, VVhearium noſtrum, dum ſcribit, Relectionum p. 163, ſignaſſe hiſtoriam Polybiano exemplo, non tam contextum operis, quam iudicium et prudentiam, ſe ſcribentis ſaltem reſpicere uoluiſſe. Multum enim maioris ingenii eſt, ſcribere hiſtoriam uniuerſarum, quam ſingularum, rerum.

Quantum ergo ad contextum hiſtoriae, Cominaeus Polybium non expreſſit, de Ludovico XI tantum ſcripſit. Erat eques Burgundus. Feliciſſime omnium Thuanus, poſt hunc partes tribuendae P. Iouio, quamuis ante hunc ſcripſerit, qui affectauit quid, ſed

ſed non effecit, primo, propter fidem, deinde, propter ſtylum, qui quidem purus, ſed maieſtatem Polybianam, uel Thuaneam, non attingit. Affectauit etiam Paulus Piaſcecius, Polonus, qui hiſtoriam Polonicam ſcripſit, addidit Britannica, Germanica, Septentrionalia, etc., ſed probo hunc in hiſtoria Sarmatica, qui cum Orichouio, hiſtorico particulari Polono, neceſſario legendus. In hiſtoria Germanica et extera alia, nugae atque ineptiae plurimae.

XL De libris Polybii admonendum, quinque ſaltem eorum ſupereſſe plenos, et iuſtam magnitudinem ſeruantes, ceteros aut deperditos eſſe, aut mutilatos. Idque tanto magis dolendum eſt, quod liber VI, ſi ullus alius, plenus ſit ciuilium rerum.

Tradit perfectam ideam in his ſex, qui nunc ſuperſunt, libris ei, qui uult ſcire formas reipubl., conſtat hoc ex paucis, quae ſuperſunt, fragmentis.

XLI Primus ad interpretandos Polybii libros animum adiecit Nicol. Perottus, cuius editio uel maior, uel minor, eſt. Illa includitur V libris, quos adhuc integros habemus, haec aucta eſt VVolfg. Muſculi uerſione, addita parte interpretationis Iani Laſcari, quae libris VI continetur. Cetera enim Muſculo debentur, ſed editio logiſſime abeſt a puritate ſtyli et ſplendore editionis Caſauboniąnae.

Notandum, Polybius dici ſolet alter Thucydides, reſpectu maieſtatis ſtyli, ſicut Arianus dicitur alter Xenophon, propter ſuauitatem. Editio eſt uel Perotti, uel Caſauboni. Illius maior, in fol., minor, in 12. Maior uidit primo lucem, 1473. Minor editio eſt anni 1597, dicitur uero minor, non reſpectu rerum, ſed formae operis. Vixit Petrus Perottus, ſec. XV, propter peritiam Graecarum literarum admonitus

eſt a Pontifice, uertat Polybium. Occaſio erat, occupata Conſtantinopoli, docti uiri coacti ſunt ire in exilium, attulerunt ſecum libros hiſtoricos. Turca haelt nicht uiel auf gelehrte leute, propterea eiecit. Noſtro tempore, Victor, Profeſſor Marpurgenſis, optimus Graecus, profectus eſt Theſſaloniam, uolebat ibi informare iuuentutem, ſed reiectus eſt, et cum pudore rediit.

XLII Nemo terſius meliuſque edidit Polybium, quam Is. Caſaubonus, cuius conſilio I. A. Thuanus in ſua hiſtoria decorum hiſtoriae Polybianae expreſſit. Nam et magna horum familiaritas, et multa literararum commercia, fuerunt. Vna re modum exceſſit Caſaubonus, quod Thuano ſuggereret multa literatorum nomina.

Propter motus Hugonotticos Caſaubonus deceſſit in Angliam, antea familiariſſime uſus Thuano. In edit. Caſauboniana commendo ſtylum egregium, plenam reſtitutionem fragmentorum, formam typi. Hic eſt ille Caſaubonus, a quo omnes ſe uelle diſcere, dixerunt doctiſſimi. Vid. Epiſtolae Scaligeri. Erat Bibliothecae praefectus in Anglia.

XLIII Ed. Caſauboni duplex, uel ſplendidior et maior, uel commodior et minor. Haec nuper apud Batauos, magno ſtudioſae iuuentutis emolumento, procurata eſt.

Eodem modo etiam Appianus proſtat, in f. et 8, oculis utilior magis eſt editio, in f. Ex Conſilio Gronouii factum, ut omnes autores h. m., in 8, inprimerentur, ſed oculis adeo non conſultum eſt.

XLIIII Non pigebit hic addere iudicium Perotti de Polybio, et comparationem cum Liuio. Floſculi, inquit, ſententiarum, quas operi ſuo Po-

Polybius inſerit, magis profecto mihi mentem implent, quam portenta Liuii atque prodigia.

Quantum ad contextum hiſtoriae, accuratior eſt Polybius, ſed non terſior quoad ſtylum. Studet Perottus partibus, Graecus Graecum uertit. Portenta uocat conciones ciuiles Liuii, quas ego maxime aeſtimo. Conf. inſigne iudicium de Polybio Iſ. Caſauboni, quod VVhearius quidem, ſed mutilate, profert, deinde Dauid Chytraeus. Is primo Prof theol., deinde animum adiecit ad hiſtoriam. Scripſit peculiares libros, Daniam, Suediam, etc., qui infelici exemplo imitari uoluit Polybium, aber es komt gar zu theologiſch raus. Thuanus hat ganze ſeiten aus ihn auſgeſchmieret. Pro Polybio Cranzium imitatus eſt. Vidit quidem Polybium, et contextum hiſtoriae eius etiam aſſecutus, ſed ueſtigia Cranzii preſſit. Ergo nihil aliud eſt, quam Cranzii continuatio. Aliud enim eſt, tenere hiſtoriam, aliud ſcribere. Das uuar ihm zu ſchuuer.

XLV Porro diſpiciamus, an non Ioſephus mereatur laudem hiſtorici, quem dicimus, uniuerſalis. Quod, cur negemus, haud mirum eſſe poteſt ex dictis. Attingit enim ſolum res Iudaicas, res Romanas non, propter Romanos, ſed propter Iudaeos, complectitur. Saepe ad Aſiae Agyptique monumenta digreditur, ſed id multum diſtat a iuſto contextu hiſtoriae uniuerſalis.

Res exteras Ioſephus attingit obiter, et non ex propoſito. Deinde res Aegypti Aſiaticas tantum, reſpectu fragmentorum, attingit. Sed dare fragmenta, et dare perfectum corpus hiſtoriae uniuerſalis, immane quantum diſtant. Editio duplex eſt, uel, inf., uel, in 8. Prior prodiit, 1544, 1524, illa Baſileenſis et optima, haec Colonienſis, ex caſtigatione Eraſmi, ſtylus Lat. elegans, ſed Colonienſes

 ſaepe

ſaepe committunt crimina falſi in ſuis editionibus, ſtriegeln ſie treflich, quod potiſſimum attendendum theologo in hiſtoria eccleſ. Tribuo ergo editioni aliquid, propter Eraſmum, ſed prae hac placet altera, in 8, illa tantum Latina eſt, et pertinet ad Bibliothecam portatilem. Mendoza, Legatus Venetus, inuenit exemplar Ioſephi in Sicilia MS., quod editum deinde Baſileae eſt.

XLVI Impenſe hic laudanda eſt Io. Andr. Boſii Diſſert., ad Ioſephi periocham, de Chriſto, edita, ubi et Codd. MSS., et optima Ioſephi exemplaria annotantur, Ienae, 1668.

XLVII Neque Appianus hanc induſtriam obiuit, quadoquidem is omnia retulit ad Romanos, tum eo diſceſſit ab officio hiſtorici uniuerſalis, quod ſola bella deſcripſit, idque dum fecit, ex Africa in Aſiam, ex Aſia in Europam, tunc cognitas orbis partes, progreſſus eſt. Sed uero uſus eius non tam ad ciuilem, quam ad militarem, diſciplinam ſpectat

Conringius, in ſua Politica, in extremo, iubet Caeſarem legi in prudentia militari. Tribuo multum iudicio huic, et addo, Appianum legi debere. Es ſcheinet, als habe Boeclerus Appianum auſuuendig gelernet, quod ex ipſius diſſertationibus patet. Nam, ut in Germanica hiſtoria Conringius, ſic in Romana Boeclerus, excelluit. Proſtant alias Vegetius, Frontinus, Polienus, etc. Editio Appiani duplex eſt, Pariſienſis, 1558, f., quae amplius non proſtat, Amſtelodamenſis, 1670, 8, die edition, in 12, iſt nichts. De Ochſenſtirnio dicitur; Er habe Polybium koenen an den fingern herſagen.

XLIIX De Ioanna Zonara et reliquis ſcriptobus non eſt opes operae pretium, ut prolixe

ex

exponamus. Nam hi aliud ſcribendi propoſitum, aliud uero ſcribendi exitum, habuerunt. Plerique enim potiſſimum ad eccleſiae res ſpectant, ceteri Graeca memorant, et extera ſolum, pro inſtituti occaſione, delibant.

Zonaras uixit, ſec. XII, inſcribit opus ſuum Hiſtoriam uniuerſalem, ſed non effecit. Scripſit Hiſtoriam eccleſ., commendandus theologis hic liber, uuer predigen uuil, res ciuiles omittit, qui ergo hiſtoria uniuerſ. eſſe poteſt? Editio optima eſt Baſileenſis, in f., Graece et Latine. Continetur in Tomis hiſtoricorum Graecorum.

XLIX Neque chronica, aut chronologiae uniuerſales, hanc dignitatem aſſequuntur, neque Breuiaria, et epitomae, hiſtoriarum, ut inſcribuntur, uniuerſales, Io. Laeti, Dau. Parei. Et longiſſime hinc recedunt Epitomae Io. Cluueri, Syntagma Micrelii, et aliorum. Dau. Chytraei hiſtoria etiam non pertinet ad hanc claſſem. Rationes ſupra audiuimus, eo, quod hiſtoria uniuerſalis res uniuerſe geſtas una forma ac filo proſequi debeat, de iudicio politico et contextu nihil addo.

Laetus Belga eſt, in 8, editus. In hiſtoria Occidentali einer uon den beſten. Magni aeſtimat illum Conringius. Pareus, Palatinus, alias bonus, ſed librum inſcribit Hiſtoriam uniuerſ., proſequitur uero tantum particularem, in 12. Tractatus eius rariſſimus eſt, quem, in 4, ſcripſit, de Iure Palatinatus. Hodie Boeckelmannus pro Palatino ſcripſit, pro Moguntino contra ea Boeclerus, uuelcher zanck per laudum, ſeu compromiſſum Heidelbergenſe, aufgehoben. A Io. Cluuerio diuerſus Philippus eſt, qui Geographiam ſcripſit, dieſe hat Buno compendificirt, er hat ſie aber treflich uerdorben. Alioquin

 eius

eius Germania commendanda. Editio Io. Cluueri duplex una Germanica, alia Belgica. Germanica iſt gepeitſcht, habet continuationem de bello tricennali, cuius autorem non nulli Boſium putant. Micraelius bonus eſſet, ſi allegaret autores, nec ita diſcurreret, in etlichen Genealogien fehlt er auch, Chronicon Pomeraniae quoque edidit Germanicum.

L Veri et ex aſſe hiſtorici uniuerſales ſuorum temporum ſunt Polybius et Thuanus, neuter tamen ſine reprehenſore fuit. Ille Sebaſt. Macciuin, hic Io. Bapt. Gallum, habuit. Sed ab illo defendit Polybium G. I. Voſſius, ab hoc ipſe ſenatus Pariſienſis, qui librum Baptiſtae rogo addixit.

Maccius hat mucken gehabt, uuil gar einen Grammaticum ex Thuano machen. Polybium quidam reprehendit, quod conciones ciuiles hiſtoriae inſereret. Sed ego diſtinguo inter conciones, tempeſtiue et cum iudicio hiſtorico adhibitas et inſertas, da man ſie nicht hinein ſchmiert. Vid. Gaddius, der hat auch dauon eruuehnet, da man iudicia ciuilia ad tales autores haben kann.

LI Vtroſque comparabimus, ut magis appareat dignitas ipſorum, Polybium cum Appiano, Thuanum cum Natali Comite. Videbimus, quid inter utroſque interſit, tum iudicii, tum prudentiae, tum denique fidei et ueritatis, ratione.

Appianus iſt ſonſt ein brauer autor, aber cum Polybio comparatus, nihil eſt. Thuanus legatur cum Natali Comite. In hiſtoria, quamuis dicat, ſe mentiri nolle, tamen mentitur, ruckt mannichmal conciones ciuiles hinein. Da ſind haendel. Deinde loca plurima Germaniae aliis nominibus nominat, quaſi nullam Geographiam uidiſſet.

LII

LII De Natali Comite addimus praeterea, legendum esse cum animaduersionibus Casp. Putschii, ICti Argentoratensis, critici et historici doctissimi, saepe eum etiam castigat Arumaeus.

VVar ein treflicher publiciste, den Limnaeus geritten.

LIII Proximi hac laude sunt Thuano Paulus Iouius et Iulius Caesar Bulengerus.

Iouius, uir doctus, quamuis non careat uitiis, schneidet auf. Quidam in aula Gallica dixit, Iouii historiam, ut Amadisii fabulas, legendam esse, et Duc de Rohan Iouii historiam uel offa uenalem esse, uuenn man ihn zu gaste ladet, und eine suppe giebet, so lobet er einen alsobald. Scripsit historiam sui temporis, deinde historiam, de laudibus uirorum illustrium. Vera historia, hoc tempore, non scribitur. In Bulengero hoc unum dolendum, quod nimis fuerit Pontificis partibus addictus. Schade, dafs das buch nicht uuieder aufgeleget uuird. Gallus fuit natione, domicilio et professione Italus, in celebri Academia Pisana theologiam prius docens, tandem animum conuertit ad historiam. Comparo ipsum cum Dau. Chytraeo. In stylo et contextu probo. Scripsit, temporibus Cosmi II, Ducis Florentini, seculo superiori. Scripsit etiam librum, de Imperatore et imperio, quem merito quiuis studiosus iuris habere debet. Cur Grammondus huc non refertur? Respondetur, res Gallicas tantum persequitur ab Henrico IIII, post hunc Beniam. Priolus, origine Venetus. Hunc excipit Victor Sirus, Italus, qui hodie uiuit. Vid. Iouius et Thuanus. De rebus Gallicis scripserunt, ut historici uniuersales, alii, excepto Siro, particulares. Grammondus quidem se excusat, res Europae historiam facere. Respond. a insigniorem, non uniuersalem. Leg. Epistola Claudii Sarrauii, in Epistolis doctissimorum uirorum, editis nuper in Batauia. Ex Duce Rohaneo omnia sua hausit Grammondus, sed non tam purus est, ut Thuanus,

nns, mordax etiam eſt in Hugonottos Cominaeus et Thuanus quidem aliquando iudicant, ſed cum iudicio, e. c., quando Ieſuitae haben haendel angerichtet, ita ſocietas in praecipitia uerſatur.

LIIII Nos, pro ratione inſtituti, ſatis habebimus, admonuiſſe, qui hiſtorici uniuerſales, et qui pro talibus uulgo habeantur. Vnde facile liquet, pauciſſimos eſſe, qui ſcribendo aſſequantur ſplendorem hiſtoriae uniuerſalis. Hodie inter Italos ſolus eſt Victor Sirus. Galli in Grammondo et Priolo deſiderant Thuaneam maieſtatem ac dignitatem argumenti uniuerſalis. Germanis hactenus ſolam Auſtriacam hiſtoriam promiſit Boeclerus.

In Meterano ſtehet gleich uorn hiſtoria uniuerſalis, ſed ſcribit tantum de bello Belgico-Hiſpanico. VVas kommet den Leuten in ſinn? Monſtra horrenda, Iulius Caeſar extimeſceret. Sirus Italice ſcribit, ob familias, commendo librum hunc, omnes habet in Gallia, Hiſpania, Portugallia. Gallus dedit annuum ſtipendium, ne ipſius laudis obliuiſceretur. Eſt enim gloriae cupidiſſimus. Er hat Reineſio auch eine penſion nach Leipzig geſchickt, ſi quid ſcriberet, uel, ut ei inſcriberet librum ſuum, de Inſcriptionibus ueterum. Idem fecit Conringio et Boeclero. Sirus ſchmaelt auf die Mercurios Germanorum, ut Grammondus olim auf der Gallorum. Es koemmet gar zu uuunderlich heraus, uuenn einer ex hiſtoria diſcuriren uuil, und ſaget, es ſtehe in den auiſen, non decet ſapientem, es gehet uielmehr auf den ſimplicianiſmum. Vſus earum, ut conferantur cum iudicio politico, darnach, daſs man in ſeiner Geographie hinein gehet, und nachſiehet nach den oertern, quorum ſit mentio, e. c., uuenn da ſtehet Leuant, heiſſet der ganzo Oſtiſche handel. Einſmals, cum legerentur, et aliquis interrogaretur, ſagte er, Leuant uuaere ei-

ne

ne ſtad, alius eine inſel. Thuanus extractus iſt nicht uuerth, daſs er den nahmen Thuani fuhre. Nam talis eſt ſcriptor, ut nihil uel detrahi, uel extrahi, poſſit, merus eſt nucleus. Extractus ergo putamen. Legendus hic poſt Grotium. Nam quod in hiſtoricis Thuanus, id in moralibus Grotius, qui diligenter uerſandus.

Caput II,

Exhibens iudicia, a Schurzfleiſchio, Polyhiſtore, in florentiſſimis ſuis ſcholis, in primis in Biblioth. Heinſianam, A. CIↃ IↃC XCVII, habitis, ore prolata, a ſolerti uero auditore quodam calamo excepta.

In eo hiſtoria ab aliis diſciplinis liberalibus diſcedit, quod, cum ceterae gradatim res ſuas tractent, haec res ſigillatim. Haec eſt mater illa ſapientiae, ad quam ueteres Graeci oculos intendere praeceperunt, ſi ſapere uelimus. Si in ulla diſciplina iudicium ualet, in hac ſcientia utramque paginam facere uidetur. Primum agendum eſt de principiis, quae philoſophi, ſed minus recte, media uocant, ſeu adminiculis, hiſtoriae, quam de hiſtoria ipſa. Diſtinguenda eſt hiſtoria ab arte hiſtorica, quae eſt diſciplina in-

inſtrumentalis, ſeu technica illa, quae docet deſinire et diſtinguere hiſtoriam. Ars hiſtorica eſt ueluti pars Grammaticae, ad quam et pertinet critica, et eſt habitus inſtrumentalis, ſeu diſciplina, docens hiſtoriam, per ſuos modos et ſeries rerum, diſpeſcere. Hiſtoria uero ipſa geſta et exempla continet. In priori ſine exemplo laborauit G. I. Voſſius, *in peculiari atque aureo libello, de Arte hiſtorica, quo nullus eruditior in iſto doctrinae genere. Voſſius erat uir ingenio moderato et leni, et ſtudii atque induſtriae inſuperabilis. Erat profundae eruditionis; et in omni genere doctrinae uerſatus, atque in his ſtudiis magnum nomen adeptus. Vir ad ſtuporem eruditus. VVenn er hiſtoriam zu Leyden gelehrt, ſind die ſtatus zu ihn kommen, ihn zu hoeren, ex Haga Com. Hiſtoria machet einen polyhiſtorem. Cum Proteſtantes profeſſiones ordinarent, relata eſt ad philoſophiam. Laur. Rhodomannus ab Auguſto, Elector, primus eſt conſtitutus Prof. hiſtor. Vittemb. Etiam nuper in Italia Prof. eius conſtitus eſt.*

Diod. Siculus *uixit ante Chriſtum, ſcripſit Bibliothecam, expreſſe meminit Moſis, qui duxerit copias ſuas per mare Arabicum, ſeu ſinum Erythraeum. Es ſoll ein ieduueder ſtudioſus theol. den* Diodorum, *cuius editio optima eſt Rhodomanni, haben. Dorſchaeus, ſubſidiis huius libri, ſcripſit Diſput., de Vocatione uniuerſali. Huetius diſputat, Vtrum nomine Cecropis intelligendus ſit Moſes. Ego ita ſentio.*

Certum eſt, Patres *omnium maxime eſſe legendos.*

dos. Optima hiſtoriae eccleſ. pars, et in primis Graecae, eſt deſumenda ex ipſis. Fuerunt in Synodis, uiderunt, quae acta ſunt. In his, quae ſcripſerunt, ſunt teſtes, omni exceptione maiores, licet ex inſtituto hiſtoriam non ſcripſerint. Dieſe leute uuas ſie geſchrieben haben iſt gut. Sind alle treſliche kerl, uuaren unuergleichlich gelehrt. Iuſtinus ſcripſit Apologiam ad Iulianum. Eſt ſcriptor optimus. Optima eſt ea editio, quae in Italia edita, Iuntiana. Deinde eſt editio Sylburgi, quae etiam eſt bona. Edidit primo pure Graecum, deinde Graeco-Latinum. Fuit Graece doctiſſimus. Kortholdi, Prof. Kilonienſis, addita eſt Diſſert., de Antiquitatibus, quae una ſolet uendi. Iuſtinus et Athenagoras non ſcripſerunt hiſtoriam, ſed tantum Apologias, et ex iis debet pars hiſtoriae deſumi Chriſtianae. Iuſtinus Martyr ſcripſit, charactere philoſophico, non hiſtorico, accurato et eleganti, ſed tenui et ſimplici, pure tamen ſeripſit. Legit diligenter Diod. Siculum, et ex illo refutauit gentiles. Athenagorae ſtylus eſt non nihil ſublimis, paulo aſcendit, ita tamen, ut non longo poſt ſe interuallo relinquat Iuſtinum. In Tatiano non nulla inſunt uitia dogmatum. Theophilus ualde prono ſimplicique gaudet ſcribendi genere. Clementis Alexandrini optima editio in lucem emiſſa Florentiae, ex offic. Iuntarum, deinceps Sylburgii, denique Dan. Heinſii.

Euſebius *fuit Epiſcopus Caeſarienſis, in illa urbe, quae Graecae ubertatis fuit foecundiſſima. Erat ibi, poſt Athenas, praeſtantiſſima Academia,*

mia. Euſebius decus lumenque fuit ſeculi IIII. Stylus non ita dilucidus, et, ut dicam, σαφέσερος, eſt. Conf. Schurzfleiſchii Allocutiones, p. 109. Non ſatis eſt, ſi ſcribas Graecum Latinumque, ſed, ut elegantias ſimul exprimas. Euſebius erat profundiſſimi iudicii, uuie Blondellus uuar, der beſte antiquarius, kann aber keinen periodum ſchlieſſen. Salmaſius ſchreibet auch nicht klar, und iſt nicht allezeit perſpicuus, σαφέσερον deeſt. Cicero ſagt, beatitas, beatitudo, quae ſi quis adhibeat, non probem. Character eſt diſtinguendus, cum de ethicis ageret, cum, de Finibus, ſcriberet. Felicitas omnibus numeris partibuſque expleta. Aeſtus eſt fluxus et refluxus. Athanaſius muſs nicht uiel ſtudieret haben in humanioribus. Der ſtylus taugt nicht, ſonſt iſt er ein groſſer theologus geuueſen. Chronica, quae hodie extant, Latina, ſunt interpolata tota et ſuppoſita. Graeca, quae edidit Scaliger, ſunt germana, Latina ſunt uitioſa, et mentiuntur Euſebium. Dieſes gefaellet mir in Euſebio, daſs er mitcritiſiret, uuenn er commentiret, e. e., uber die Epiſtel ad Romanos. Epiſtolae Pauli ſunt ſcriptae in plano, tenui, hiſtorico et epiſtolico, ſibi conueniente, ſtylo. Man muſs erſtlich uon ſtylo iudiciren, hernach de rebus. Zu unſern zeiten haben dieſes uuieder in ſchuuang gebracht Caſaubonus et Salmaſius. Lambecius uuar ein uuackerer mann und Bibliothecarius beym Kayſer. Edidit Biblioth. Viennenſem. Euſebius in perſecutione Diocletiana non ſatis conſtans eſt. Argumentum tale eſt, Q. dicit, Filium DEI

eſſe

esse κτισέντα, *creatum, ille dicit, Filium Dei non esse DEO aequalem, Atqui Eusebius etc., E. Resp., Eusebium uocabulum hoc sumere sensu antiquo.* Κτίζειν *enim apud elegantissimos scriptores in generalissimo accipitur sensu, ut non tantum creationem, sed etiam productionem generationemque, significet, atque sic excusatione dignus uidetur Eusebius. Latini non hoc sunt imitati usu ueterum. Eusebius erat assecla Origenis, qui ueterum usum uocabulorum amabat. Eusebius lass tag und nacht des Origenis bucher, haette sich bey ihnen todtschlagen lassen, qui uocabulo laxe secundum ultimos Graecos utebatur. Non est sequendus in duris locutionibus. Scriptorum non uitia, sed uirtutes sequendae. Man muss die* σχολιὰς *formulas euitiren. Origenes lebte uor dem Ario, unar also kein Arianer, und also auch nicht Eusebius, der ihn imitiret in den harten redensarten. In uita Constantini non scribit, qualis fuerit, sed qualis esse debuerit. Ein historicus muss die uitia sagen, uuo es ihnen fehlet, er muss uitia und publique febler erzehlen. Historicus non est orator, dessen element ist, persuasionis causa, reden. Eusebius panegyristam magis, quam historicum, agit, nicht uuie Xenophon. Historiam, de signo crucis conspecto, Strauchius dicit simillimam falso esse, sed Eusebius dicit, Constantinum M. iurato se ipsi hoc affirmasse. Dicis, seculis quatuor prioribus, desiisse miracula. Resp., concedo, ita tamen, ut radius aliquis superstes fuerit, sec. IIII. Die heyden selbst und die panegyristen schreibens auch*

Dicis, Es ſind auch panegyriſten geuueſen, Reſp., haben aber auch biſsueilen facta. Euſebius erat princeps fide, auctoritate, copia ſubſidiorum, iudicio, niſi quod deeſſet σαφήνειαν, ſie nennen es ſenſum. Socrates, ſcholaſticus, non pari erat praeditus induſtria et fide, nec pari pollebat ui iudicatrice et critica, intimos ſenſus accurate explicat. Sed Socrates, ſcholaſticus, hatte iura ſtudirt. Vir doctiſſimus et reuerendus Olearius, in Abaco, dicit, fuiſſe Nouatianum, ſed id non dixerim. Diſtinguenda ſunt probe, fauere et in opinionem ac ſententiam alicuius deſcendere. Aliud, ex certa ratione leniter loqui, aliud, ſententiam et dogma alicuius amplecti. Socrates adhuc, A. ccc xxxix, in hiſtoriam incubuit ſuam. Socrates prior uixit, quod certis indiciis poſſumus colligere ex hiſtoria Socratis. Sozomenus continuauit et perſecutus eſt Socratem, quod ex certis formulis liquet. Vterque continuauit Euſebium, qui et ſtylo elegans eſt et iudicio pollet. Euſebium, qui et ſtylo elegans eſt ac perſpicuus, et iudicio pollet perſpicuus.

Ruffinus, *nomine Grunnii ab Hieronymo eſt repreſentatus, uneil er die hiſtoriam Euſebii ſo ubel uertiret.*

Sulp. Seuerus *eſt egregius ſcriptor, et legendus, ob ſtylum. Perſecutionem giebt er per uexationem. Scripſit ſtylum Laconicum, elegantem, et plane ad exemplum moris Salluſtiani.*

Nicephorus Caliſtus *ſcribendi charactere Graeco excellit. Videtur mihi Xenophontem et Thucydidem imitatus. Er lügt grauſam. Credo, eum ex Oraculorum riuulis has fabulas hauſiſſe, quae*

in

in eccleſia Latina hodienum, uelut unctus lapis, ut ita dicam, adorantur. Nicephorus alius eſt Conſtantinopolitanus, qui ſcripſit Breuiarium hiſtoricum, magni aeſtimandum. Hunc edidit Ioach. Camerarius, floruit, ſec. IX. Vid. Caue, p. 156, Du Pin, T. III, p. 255, ſqq.

Damianus *in ſuis opuſculis tradit inſigne aliquod argumentum, in primis quod Petrum et Paulum attinet. Dicit, quod Paulus in templo ſemper a dextera ſteterit, Petrus uero a ſiniſtra. Paulus hat ergo den rang uber Petrum gehabt. Iuo ſcripſit, ſec. XII, dictus aduocatus pauperum, quod abſtinens erat pecuniae. Vir religioſiſſimus et iuris Pontificii ſtudioſiſſimus. Ius Pontificium ualet et uſum habet in praeſcriptionibus et rebus matrimonialibus. Vitae Laur. Surii maxime commendantur, propter moralia. Lutherus, T. II Vittemb. Germ. OO., p. 150, dicit, Surius der beſte lehrer nach den Apoſteln. Surius hat die uitas ſanctorum aus allen fragmentis, in 5 folianten, zuſammengetragen. Suriius, Bened. Gononus et Papebrochius, uuaren groſse maenner, ſie haben nichts aus Beyerling, etc., genommen. Das kann auch ein iunge thun, der noch in der ſchule iſt. Hiſtoriae graues muſsen allegiret uuerden. Repertis frugibus, non comedendae ſunt glandes. Baronius operam poſuit in magna Bibliotheca Vaticana, et admiſſus eſt in caſtrum S. Angeli. Biſsueilen hat Baronius uerfehlet in primis in Graecae literaturae principiis. Er referiret alles ad monarchiam Papae ſtabiliendam.*

Caſaubonus fuit Gallus, uir κριτικώτατος, in li-

teris humanioribus, antiquitate Graeca et Latina, uerſatiſſimus. Omnes ſcriptores profanos legerat et recenſuerat. Ille Caſaubonus ex Gallia deinde a Iacobo VI, Rege, conductus, tranſiit in Angliam, ad ſcribendam H. E. excitatus. Fuit praebendarius Londinus. Er hat uber 50 ſcriptores durchgegangen und cenſiret. Athenaeus Caſauboni eſt theſaurus omnis eruditionis. Magnus Caſaubonus eruditit Angliam, Salmaſius Belgium. Carteſius docuit philoſophiam, quo nemo in mathematicis eſt maior, aut acutior. Et antea Ioſ. Scaliger, qui Herculeo labore fuit praeditus, adeo, ut uel millia librorum et plures relegerit. Caſaubonus Baronium refutauit, ſed uix ſeculum dimidium perfecit. Mericus Caſaubonus, uir clariſſimus, commentatus eſt in Diog. Laertium, et alia opera praeclara emiſit, et incomparabilem eius Biblioth. accepit ipſius filius. Caſauboni Ariſtarchus criticus cum omnibus ueteribus conferendus. Thuanus fuit ſummus hiſtoricus, cum omnibus aliis conferendus. Er uuar Roemiſch catholiſch, aber im herzen Reformirt. R. Montacutii extant Origines eccleſiaſticae et notae in Epiſtolas Photii. Ecclogas Photii edidit Andr. Schottus Graeco-Latine. Von Schotto hat Voſſius muſſen lernen. Schottus in Latinis et Graecis, miraculi loco, habendus eſt, die andern ſind paſſiones dargegen. Induſtria fuit multa praeditus, ſed ſtylum ſcribit durum. Eſt Caſauboni ſimius, eruditionis tamen non ſpernendae. Blondellus, uuelchen man ſollen ſub ferula haben, et Andr. Magendaeus ediderunt quaſ-

dam

dam caſtigationes in Baronium, ſed Blondelli opus eſt imperfectum. Tribbechouius continuauit aliqua, quae coeperat Caſaubonus. Eſt induſtriae ſingularis, coeperat, ſed mox deſierat. Hat noch hubſche uaria excerpirt. Das uuerck uuard ihm zu ſchuuer. Er iſt gleich nach dem Caſaubono zu leſen. Roſuueidus legendas allegat, koemmet mit lautern pontificialibus et phrazalibus. Zophius iſt ein gut mann geuueſen, aber mannichmal gebet er uorbey. Fuit Polonus. Sirmondus et Petauius, clariſſ. uiri Lutetiae erant, ſibi aequales et infenſiſſimi uiri, ſie uuaren einander ſo feind als die teufel, uterque Ieſuitae. Petauius erat mathematicus, Sirmondus in antiquitatibus in primis medii aeui et Latinis uerſatus. Petauius ſagt, es fehle Sirmondo, uuas Caſaubonus tadelte an Baronio. Denn dieſer hatte ſich in Graecis nicht uerſtiegen. Voſſius konte ſich begreifen, und ueruuirte ſich in ihre intriguen nicht. Doctores Sorbonici ſunt quaſi Syncretiſtae Ieſuitarum. Dicunt, quod Papae conueniat inſignis dignitas et primatus, ita tamen, ut ſit cum omnibus Epiſcopis couiunctus. Lud. Maimburgius ualde et mordaciter inſectatus eſt Pontificem Rom., ualde ſugillauit, et ita de eo locutus eſt, ut eum exauctorandum, exiſtimaret.

Flacius *hat ſich bald zu tode gezancket. Es iſt kein aerger zaencker in der uuelt geuueſen. Vir magno ingenio, ſed feruido, praeditus fuit. Er iſt ein grundgelehrter mann geuueſen, uuelches aus ſeinen Claue und Centuriis Magdeb. zu ſehen. Bey der reformationſhiſtorie uuird Sleidanus recom-*

mendirt. Aus dieſem hat Thuanus ganze ſtecke geſchrieben, und in ſeinen ſtylum commutirt. M. Anton. de Dominis uel primo erat loco nominandus. G. Calixtus, antiquarius eruditus, et in hiſtoria eccleſ. non mediocriter uerſatus, hunc diligentiſſime legit. Er und Conringius, antiquarius et politicus egregius, haben ihn in diſputationibus ſehr gebraucht, und hat er papatum refutirt ex principiis hiſtoricis et politicis, uueiſs auch keinen der den Pabſt ex his principiis ſo refutiren koennen, als dieſer mann. Inſcripſit librum, de Republ. eccleſiaſtica. M. A. de Dominis fuit pontificius celeberrimus in Italia, ſub Veneta ditione, Epiſcopus, conſcientiae ſtimulis actus, uenit in Germaniam, hinc profectus eſt in Angliam et Reformatus factus. Inde, inuidia preſſus, accitus Romam eſt, et cum retractare H. E. nollet, hat er in gefaengniſs, da ein neuer Pabſt kommen, crepiren muſſen, und iſt uuider ihn inquiriret uuorden. Baronius etiam ſcripſit librum, de Monarchia Sicla, ſtehet zulezt in ſeineu Operibns, in der Antuerpiſchen edition iſt das buch dran, in der Roemiſchen nicht, man hat ſie aber, in 8, apart. In Monarchia hac Baronius probauit, Papam eſſe ſupremum dominum Siciliae. Dieſes buch hat auch erudite refutirt M. A. de Dominis. VVer papatum refutiren uuil, der leſe dieſes buch. Henr. Noris etiam nunc floret in Italia, uir multo eruditiſſimus Cardinalium, et ferme totius Italiae. Scripſit Hiſtor. Pelagianam, quae conferenda cum Hiſtoria Pelagiana G. I. Voſſii.

Bi-

Biblia Hebraea, *a Dan. Bambergio, Venetiis, 1598, f., edita, denuo edidit Buxtorfius, 1618, f. Certe ex his ſua omnia hauſit. In edit. Bragadina omiſſum eſt Targum Ionathan in Pentateuchum, qui defectus eſt magnus. Ita et in Arnobio, quem Batavi ediderunt, omiſſum eſt. Opus eruditiſſimum Meurſii Criticus Arnobianus, qui prae omnibus addi merebatur. Editiones Bibliorum Amſtel., 1635, 1639, ſunt elegantiſſimae, Leuſdenii et Clodii minus emendatae.*

Quidam Biblia LXX Interpretum *habent pro* θεοπνεύστοις, *ſicut vulgo dicimus, Canonicis et authenticis. Conf. P. Galeſini Commentarius, de Bibliis Graecis LXX Interpretum, Romae, 1587, 4. Voſſius putat, et quidem cum ratione, Patres omnes, poſt Apoſtolos, uſos eſſe his Bibliis LXX Interpretum, ante Hieronymum, quia fuerunt in Eccleſia Graeca, ſcripſerunt Graece, etiam Irenaeus. Calovius noſter putabat, Apoſtolos ſequi LXX Interpretes in iis locis, quibus cum textu Hebraeo conuenirent, in aliis diſcreparent. Conf. Glaſſii Philol., Rhetor. ſacrae, c. 5. p. 584, ſq. Pſeudo-Ariſtaeus, editus in Anglia nuper, liber fabuloſus et* ὑποβολιμαῖος, *unde etiam Pſeudo-Ariſtaeum appellamus, ſed fragmenta Ariſtaeae apud Ioſephum germana ſunt, ſicut et Beroſi fragmenta vera. Beroſus ipſe confictus eſt. Vid. Hunfredi Hodii Diſſert., LXX Interpret., Oxonii, 1585, ed. Cainan, Lucae III, 36, non eſt ex Moſe, immo, nec ex LXX antiqua interpretatione, ſed ex interpolata LXX*

in textum receptus. Omiſſus idem eſt a Philone, Ioſepho, et in edit. LXX Interpretat. Sixti V. Retinuit uero eum Rob. Stephanus, quem omnino omittere debuiſſet. Conf. Glaſſii Phil. ſacra, L. I, p. 230, ſqq., ed. Lipſ. nou. 1705. Iſ. Voſſii, de LXX Interpr. liber Hagae Com., 1661, 4, ed. Dauid. Hoeſchelius fuit Graece doctiſſimus. Hoc uſus eſt C. Kircherus, in Concordantiis Biblicis, quae inſtitutae ſunt ad edit. Francofurt., non Romano-Vaticanam. Sec. I, apud nullum ſcriptorem inueniemus 2 Tim. IIII, 10, Γαλλίαν, ſed ſemper Γαλατίαν. Sic apud Arrianum Γαλατία ſignificat Galliam. Conf. Irenaeus, et ad eum Grabbe, in notis.

Margar. de la Bigne *Biblioth. magna Patrum prodiit Pariſiis, 1575, IIX Tomis. Huic triennio poſt Appendix acceſſit. Pariſ., 1589, IX Tomis, eiuſque Auctarium, ib., 1610, II uolum, Colon., 1618, cum ſupplem., Tomis XV, 1622, Pariſ., 1624, II Tomis, a Front. Ducaeo, Pariſ., 1639, 1648, 1672, per Franc. Combefiſium aucta, Pariſ., 1654, Lugdun. Gall., 1677, XXVII Tomis.*

Baſilius M. *floruit, ſec. IIII, A.* ıɔ LXX. *Factus eſt Epiſcopus. Succeſſit Euſebio, magno hiſtorico, ab eodemque ordinatus eſt. De ſtylo Baſilii M. uid. Photius, Cod. CXLI, p. 205, ſqq., Schurzfleiſchii Diſſert. Acad., p. 38. Epiſtolae eius in laude Graecae eruditionis ſunt, et totam eius* βιογραφίαν *continent. Baſilius M. in Epiſtolis eſt exquiſitiſſimus, in Homileticis magnus et elegantiſſimus, in Aſceticis non aeque ſublimis, ſed tamen purus.*

Epi-

Epiſtolae ad Libanium, 1642, ed., hypoſtaſin ibi ponit pro perſona, τρόπῳ ὑπάρξιος, quam phraſin ceteri Patres aliter habent, qui ὑπόστασιν uocant eſſentiam. Editiones affert Caue, p. 137, P. I. De Grammatica exercitatione librum, Florent., 1513, ed., Baſilio demit, et Eman. Moſchopulo tribuit Caue, d. l. Iuntarum editiones ſunt optimae. Morhofius putat, ueteres ſemper literarum initia feciſſe a Poetis. Verum eſt, ſed parum aeſtimo illam methodum, et ſcimus nos, quam grauioribus erroribus lapſi ſint Grammatici, itaque ego iubeo, ut a proſa initium fiat. In Baſilio aſſiduus fuit magnus nir Io. Caſelius, ad ornandam patriam natus. Vid. Schurzfl. Epiſt. ſelect. XLIIX. Bellarmino iudice, inter Graecos uix inuenietur Baſilio doctior. Cambefiſii Baſilius reſtitutus prodiit Pariſiis, 1679, 12.

Stylus Ambroſii *mihi non placet, et omnes Patres Latini male ſcribunt, praeter Lactantium, Ciceronem Chriſtianum. Ambroſius, in primis amans philoſophiae Platonicae, Origenem omnium Patrum maxime aeſtimauit, qui ita Platonem imitus eſt, ut multa ex eo ſcripſiſſe uideatur. Multas autem duriores eius ſententias melius et ὀρθοξοτέρως reddit. Editio Baſil. ultima bona eſt, et debet conferri cum ultima Pariſienſi, quae in multis diſcrepat. De Ambroſio uid. Caue, p. 140, Du Pin, p. 438, T. II. Quaeritur, an Chriſtiani mortuos noctu extulerint, uti ethnici, cum facibus ardentibus? Nego. Chriſtiani ſemper cadauera die extulerunt. Eſt locus in Codice Theodoſiano,*

et alius apud Iulianum, Chriſtianis exprobantem, quod diu funera efferunt, et τὸ Φῶς parum reuerenter habeant. Henr. Spondani, de Coemeteriis ſacris, liber Pariſiis, 1638, ed.

Ruffinus, *et* Hieronymus, *Hebraice doctiſſimus, ſibi muto aduerſati ſunt- In Hebraea lingua addiſcenda Iudaeum doctorem habuit, et in Graecis Greg. Nyſſenum, Baſilii M. fratrem. Hieronymus, licet Origeni infenſior fuerit, tamen, ob doctrinam, ſibi imitandum propoſuit, ſed non ſemper aſſecutus eſt. Origenes omnium Graecorum Patrum facile doctrina princeps fuit, nec ipſi Chryſoſtomo cedens, ſed praeferendus. Origeni iſt, meo iudicio, zu uiel geſchehen. De Hieronymo uid. Caue, p. 154, Du Pin, T. III, p. 173. ſqq. Hieron. Epiſt. editio nouiſſima eſt Patrum Benedict., praeſertim cura Io. Martianay, Pariſiis, 1693, f.*

Apud Auguſtinum *interdum uocum uſus ſingularis eſt, e. c., ſeruor, pro agilitate. Libros, de Ciuitate Dei, ſcripſit ad Marcellinum, Rom. patricium, et tribunum militum. Ille prodiit Romae, 1468, f., Venetiis, 1470, f., Mogunt., 1473, et Friburgi, cum Commentar. Valeſii et Nicol. Triuethii, 1494, f., et 1515. f., Baſil., 1555, f. Epiſtolas Auguſtini, et aliorum ad ipſum CCLIIX, edidit Lucas Frider. Reinartus Francof., 1668, 4. Auguſtinus omnium primus theologiam, in ſyſtema redactam, edidit. De Auguſt. uid. Caue, d. l., Du Pin, d. l., p. 290, ſq. Natus A. CCCLV, obiit, A. CCCCXXX, aet. LXXVI.*

Excerpta ex uita Gregorii M. *habes apud Photium,*

tium, Cod. CCLII, p. 759, ſqq. Gregorii predigten ſind nicht eines hellers uuerth, inquit Lutherus, T. II Ien., f. 775. Purgatorium aſſerit et confirmat, T. IIII, f. 333. Quanta licentia in deſcribendis Gregorii M. Epiſtolis et libris graſſati ſint olim monachi, et in excudendis recentiores Pontificii, plenius oſtendit Thomas Iames, de Corruptione ſcripturae Patrum, Lond., 1612, 4, et in Vindiciis Gregorianis, Genuae, 1625, 4. Conf. Caue, p. 305.

Bernardi aequalis fuit Innocentius II, *P. R. Primus Opera Bernardi collegit Io. Bocardus et edidit Pariſiis, 1508, deinde per Iod. Clichtoueum curata ſunt Lugd., 1514, rurſus ib., per Lamb. Campeſtrem, et Laur. Dantiſcenum, 1520, mox per Franc. Comeſterem Lutet., 1547, porro Venetiis, 1550, Lut., 1566, ſtudio Iac. Pamelii, ib., 1572, cura Io. Gillothii.*

Io. Saiſberienſis, *qui, de Nugis curialium, ſeu politicorum, ſcripſit, Amſtel., 1664, ed.,* et Vilelmus Pariſ., *cum* Beda, *fuerunt uiri doctiſſimi aetatis ſuae. Bedae exemplar ſcriptum aſſeueratur in Biblioth. Oxon. Vid. Epiſt. ſelect., p. 128. Hiſt. ipſius eccleſ. ſeparatim Heidelb. et in Anglia edita eſt, ein haupt buch.* Alcuinus *fuit ſocius et amicus Bedae, qui ex Anglia in Germaniam literas intulit, acceptus Carolo M., Imperatori et Regi Francorum. De Beda uid. Caue, P. I, p. 473, P. II, p. 143, ſq.*

Lanfrancus, *temporibus Nicolai II, P. R., Synodo, contra Berengarium habitae, interfuit Romae. Monſ. d'Acheri, monachi Bened. Ord. eruditi.*

Com-

Comment. in Pſalmos Lanfranci periiſſe uidentur. Vid. Caue, P. I, p. 431.

Rabanus Maurus, *uixit, ſec. IX. Vid. Trithemius, OO. hiſt. P. I, p. 126 et 253. Rabani librum, de Chor-Epiſcopis, edidit Baluzius, ad calcem operis P. de Marca, Pariſiis, 1669, T. I, p. 285. Carmen, de S. crucis laudibus, impreſſum eſt, 1501, primus inuenit Conr. Cettes.*

Rupertus, *Tuitienſis, Abbas, uetus autor rituum eccleſiaſticorum, ut uocat eum Iuretus. Eius libri, de diuinis Officiis, ſaepe excuſi ſunt, qui monachis legendi ſunt. Angli tempora ſec. XII et XIII uocant ſeculum VValdenſe, quod, illis temporibus, coeperunt diſputationes VValdenſium atque aliorum contra Papam. Iuo Carnotenſis ICtis Vittemb. patronus datus eſt, ſed expurgatus ab illis. Heptatichus, uel heptateuchus, Iuo, in Epiſt. XXCIII, utitur, Hieronymus quoque, ratio, quia in ueteri eccleſia ad V Libros Moſis ſolebant adiungi in unum uolumen libri Ioſuae et Iudicum. In capitularibus Epiſtolis uoces, lactens et lactans uſu promiſcuo adhibentur. Ita Iuo cum maieſtatem ſedis Rom. dicit, non notat imperium ſummum, ſed dignitatem et ſplendorem, atque ita ab aliis etiam maieſtatis uocabulum, illo aeuo, uſurpatum fuit. Iuo, purgatorium meum, id eſt, excuſatio mea.*

Philo *affectat ſtylum ſublimiorem ſatis bonum, non tamen aequalem. Scripſit, de Vita Moſis, Legationem ad Caium, Caeſarem. Adr. Turnebus fuit quaſi aemulus Philonis, cui Audomarus Talaeus exprobrant, quod, cum eſſet Profeſſor, non recita-*

citaret publice, quem uero Turnebus male excepit. Turnebi optimus labor ſunt Aduerſaria. Cicero non utitur uoce, operatio, nedum operor, loci, a Taleo citati, ſunt falſi.

Amphilochius *Theodoreto ὁ θαυμάσιος dicitur. Amplilochii temporibus, Theodoſius M. uixit, ſec. IIII. Du Pin Methodium Tyri Epiſcopum uocat, Compendium H. E, Gothanum, p. 278, ſub Diocletiano paſſum, et cum hoc Du Pin, T. I, p. 303.*

Andr. Cretenſis, *patria Damaſcenus, monachus Hieroſolymitanus, hinc κατ' ἐξοχὴν dicitur ἁγιοπολίτης, Du Freſne Gloſſar. Gr., p. 14. Oratio eius in Titium, praeter ceteras, eſt florida.*

Io. Zonaras *fuit doctor iuris Canonici in Occidente, Iuo in Oriente. Balſamon eſt antiquiſſimus ſcholiaſtes. In edit. Oxon. Iuris eccleſiaſt. Scholiaſtae omnes ſunt coniuncti. Zonaram habemus ſeparatim in edit. Pariſ., Balſamonem quoque, in f. mai. Galli hoſce interpretes iuris Canon. κατ' ἐξοχὴν uocant ſcholiaſtas.*

Iac. Vſſerius *Diſſert., de Pſeudo-Dionyſiis ſcripſit, addita hiſtoriae dogmaticae controuerſia cum Pontif., de ſcripturis et ſacris uernaculis, Lond., 1690, 4.*

Georgius Neocaeſareenſis *uixit ferme, ſub. ſec. III finem. Duae fuerunt Caeſareae, altera in Cappadocia, ubi Euſebius et Baſilius M. fuerunt Epiſcopi, altera in Ponto, quae Neocaeſarea appellatur. Opera eius uix poſſunt haberi, itaque commendo Orationem eius in Origenem, tanquam opti-*

optimam. Hoeſchelius illam, itemque Gregorii uitam ad Origenis librum contra Celſum, addidit, in 4, non tamen ſatis placet. Eſt enim mendoſa, neque uim Graeci ſermonis ubique aſſecutus uidetur. Ger. Voſſius, der uetter celebris illius G. I. Voſſii, Canonicus Leodinenſis, qui et Ephraimum Syrum euulgauit, Moguntiae Gr. et Lat., 1604, 4, ed. Vilelmus Beueregius, in Pandectis Canonum ſacr. in magno Synodico collegit Epiſt. Canonicas, inſtituto perutili, edit. Oxon., 1672, f., Gr. Lat., II. uolum. In hoc Gregorio deſinunt Χαρίσματα. Hic enim eſt ultimus eccleſiae ueteris, in quo deſierunt dona extraordinaria, a Deo doctoribus data. Theodoretus eum uocat τὸν μέγαν πολυθρύλλητον τῆς θαυματουργίας ἐπιτελέσαντα τῆς διὰ τὸ πνεύματος Χάριτος ἐνοικήμενον. Salmaſius nimis reiicit miracula, eaque pleraque fabulas cenſet eſſe, cum quo omnes Reformati communiter faciunt. Vocabulo παρεῖναι utitur, cum dicit, ab Origene ſe allectum ad ſtudium philoſophiae et theol., cum antea iuriſprudentiae operam dediſſet, ſe ab Origene eruditum eſſe in Dialectica. Per Διαλεκτικὴν intelligit artem περὶ τὸς λόγος, id eſt, criticam.

Nilus, *Abbas, cum Iſiodoro Peluſiota fuit Chryſoſtomi diſcipulus. Illius ad Nilum multae ſunt Epiſtolae. Non ſunt duo Nili, Abbas, et Aſcetas, ſed unus. Mecum ſentit Caue, P. I, p. 241, qui ſingula eius opera recenſet.*

Falſus eſt Trithemius, *putans, Io. Damaſcenum uixiſſe, ſec. VI. Liber, de Orthodoxa fide, ſeorſim*

ſim Marpurgii prodiit Lat., in 8, Pariſ., 1507, Graece Veronae, 1531. Scripſit, more ſcholaſticorum, iiſque utitur formulis, quo ante eum nullus adhibuit. Diſſerit multa: de imaginibus earumque cultu, cui obnoxius ſaepe eſt, et affirmat, ſcripſiſſe eum, ſec. IIX. Antea de illis non fuit diſputatum, nec lis mota eſt eorum de cultu. Conf. Caue, p. 340.

Origenis *ſtudia, labores, errores et libros, prolixe ſatis recenſet Caue, p. 54. Conf. Du Pin, T. I, p, 191, P. Haloix, in Origene defenſo, ſeu Origenis uita, Leodii, 1648, f., et Euſebius, VI, 32, et Hieronymus, qui indicem Operum Origenis confecit, in Catalogo ſcript. eccleſ. Omnes Patres a Petro, 2 Ep. III, iuſque ad Origenem, crediderunt, mundum igni interiturum. Conf. Sulpitius Seuerus, Dial. I, 6, Hieronymus, in proœmio, in Quaeſtiones Hebraicas Geneſ., T. IIII, f. 91, edit. Eraſmianae.*

Cyrillus, *Theophili Alexandri ex fratre nepos, praefuit Concilio Epheſino I, Oecum. III. Bonau. Vulcanius primo uertit, et Graece, et Lat., edidit Cyrilli librum aduerſus Anthropomorphitas, cui adiunctus eſt Cyrilli liber, quod Chriſtus ſit unus. Edidit etiam Cyrilli libros XVII, de Aduocatione in ſpiritu et ueritate. Vid. Icones Profeſſ. Leidenſ. in Vulcanio, p. 188.*

Theodoretus *uixit, ſec. V. Vid.. Cave I II. p. 97. Editus eſt a Chriſtophorſonio, Anglo, Col. Allobr., 1612, Gr. Lat., qui omnes illos H. E. ſcriptores conuertit, quem Valeſius ſaepe refutat et Sir-*

Sirmondus Theodoretum meliorem euulgauit Petauii Epiphanio, deſideramus tamen in Sirmondo, quod notas non adiecerit.

Chryſoſtomi *uitae ſcriptores, Galladium, Theodorum, Georgium, Alex. Leonem, Simeonem Metaphraſten, recenſet Caue, p. 189, ex Vſſerii Biblioth. theol. MS., et Henr. Sauilius, in Admonitione, de ſcriptoribus rerum Chryſtomi, et praeſertim Georgius, et recentiores ceteri* βιόγραφοι, *caute legendi. Conf. Suidas. Laudes recenſet eius Schurzfl., Diſſertat. p. 170, ſqq.*

Baronius *uuar zuuar ein groſſer und gelehrter mann, aber dem Euſebio gar nicht gut, und uuolte ihn mit geuualt zum Arianer machen. Es iſt uuahr, Euſebius hat etliche harte formuln, aber es iſt erſt noch die frage, ſecundum quam naturam er de Chriſto geredet, uuenn er, e. c., Chriſtum Patris* ὑπηρέτην *nennet. Baronius haelt uiel auf Hieronymum, und uuil auch haben, Conſtantinus ſey zu Rom getauft, da doch Euſebius, der ſo pathetiſch und geuuiſs uon Conſtantino ſchreibet, ſaget, daſs er ſey zu Nicomoedien getauft, praeterea behauptet Euſebius die iura Imperatoris in Concilio etc, dauon ohne zuueifel der haſs Baronii uuider Euſebium herkoemmet. De Euſebio uid. Caue, p. 91, ſqq., Du Pin, T. II, p. 3, ſqq.*

Athanaſii *quaedam conuertit in Latinum Chriſtoph. Porſenna, ut Comment. in Epiſt. Pauli ad Rom., 1437, f., 1496. Ed. Reuchlini prodiit Tubingae, 1515. Interpretatus quaedam etiam eſt Politianus, praeſertim in Epiſtolis. Excerpta ex Athanaſii uita*

tauid. apud Photium, Cod. CCLIIX, p. 778. Conf. Caue, p. 100, P. II, p. 43, Du Pin, T. II, p. 60.

Errant, qui cum Hieronymo Gregorium Nazianzenum, *Epiſcopum Nazianzenum uolunt, ipſomet Nazianzeno negante, Epiſt. XLII, et Orat. IIX, p. 148, ſe unquam Nazianzeni Epiſcopum factum, ſed ſolummodo patris uices, eo adhuc uiuente, obiiſſe, affirmante. Ita Caue, p, 139, Du Pin, T. II, p. 351. At eos minime errare, erudite oſtendit ex ueteris Eccleſiae conſenſu uir, de hiſt. eccleſ. inſigniter meritus, D. Cyprianus, in notis ad Hieronymi Catal., p. 297. Suidas falſus eſt, qui, in uoce* Γρηγορ, *Nazianzenum nonagenario maiorem obiiſſe, ſcribit, cum LXV ſaltem aetatis annos attigerit. Tollii edit. ex Biblioth. Vindebon. MSS. prodiit. Iac. Billius fuit Abbas S. Michaelis in Eremo.*

Auancinus, *Ieſuita Viennenſis, nimium turgidus in ſcribendo, Caeſari, Leopoldo, Francofurti inaugurato, et Viennam reuerſo, gratulabundus dixit,* Iuiſti bonis auibus, et rediiſti bonis alaudis. *Erat enim tempus autumnale. Nihil ineſt in hoc iudicii. Hoc enim non eſt Latinum.*

Io. Climaci *ſtylus elegantior eſt Io. Damaſceni. Fuit theologus aſceticus, ſec. VI. (Vid. Caue, p. 130, Photius, Cod CXXII, p. 162, Du Pin, T. II, p. 515, 526, Inter Afros nullus elegantior ſcripſit Cypriano, qui diligenter legit Tertullianum, eum uocans Magiſtrum, ad famulum dicens, da Magiſtrum, Tertullianum indigitauit. Caue, P II p. 63. Ildephonſus, Hiſpanus, reperitur apud Anglum*

Roccham, in Epit., ſeu indice, Biblioth. theol., Rom., 1594, 8, ed., affirmat, Cyprianum eloquentia a Gregorio M. uictum. Roccha ſcripſit etiam Biblioth. Vaticanam, 1591, 4, elegantem librum. Editio Cypriani Baſil., 1520, 1525, eſt pura, ſed paginis uon eſt notata, neque Epiſtolae ſunt numeratae, difficilis citatu. Eraſmus omiſit non nullas, reperiundas in Rigaltiana edit. Pamelius inferior fuit eruditione Rigaltio. Rigaltius edidit rei accipitrariae partem Gloſſarii antiqui, item ſcriptores rei agrariae. Felli editio quaedam Cypriano tribuit ſuppoſita. Fellus fuit Cancellarius Academ. Oxonienſis. Cancellarius eſt uox barbara, ſed, ſi Latine dicendum eſſet, Iuriſdicundi praeſes. Sed ſeruamus barbaros terminos, ne nobis eueniat, quod Tabori, qui Latiniſſime dicere uolebat, Cancellis. Conringius riſit eum. Tabor non didicit Latine loqui.

De Tertulliani *uita et ſcriptis uid. P. Halloix, Pariſiis, 8, ed. Conf. Caue, p. 41, Du Pin, T. I, p. 117, ſqq. Omnes ICti Romani fuerunt Stoici. Dieſes iſt ein principium. De Rhenano ſcripſit Gallus quidam, fuiſſe eum in lectione uerſatiſſimum omnium Germanorum, quod uerum eſt, et Rhenani editio Tertulliani OO., poſt Rigaltianam, optima eſt. In edit. nouiſſima, 1664, Pamelii, Rigaltii et Priorii, notae habentur. Tertulliani Omniloquium potius uaniloquium eſt. Apud Tertullianum uaria lectio eſt, ubi feram exedentulatam uocat, quod Kirchmannus, ſe non poſſe intelligere, fatetur.*

Extant in Bibliotheca Caeſarea Sermones XXII Ephraemi Syri, *ab Ambroſio Camaldulenſi Latine*

uerſi

uerſi, et Coſmo Mediceo nuncupati. Praefat. ad Coſmum elegantiſſimam exhibet Lambecius, T. I, p. 119. Non uerſionem ſolum, ſed etiam praefat., expilauit Ger. Voſſius, Tungrenſis, ſuppreſſo Ambroſii nomine. Ambr. Camaldulenſis, Abbas et Eremita, uixit, circa A. CIↃ CCCC XL. *Vid. VVharton, iu Append. ad Caueum, p. 83, ſq.*

Hilarius, *Pictauianorum Antiſtes, uixit, ſub Conſtantio, ſec. IIII, et Galliam uindicauit, ne inficeretur labe ſectae Arianae, contra quam edidit libros XII, de Trinitate, quod opus eius praecipuum eſt. Eiuſdem Metrum in Geneſin, ad Leonem, P. M., praeſtantiſſimum eſt, ſed Caue, ſuppoſitum eſſe, dicit, idque, cum Bellarmino et Labbeo, Hilario Arelatenſi aſſerit, p. 1117. Iac. Grynaei interpretatio Hilarii Baſil. optima, ex recenſ. Martini Lipſii, qui I. Lipſii fuit patruus maior, teſte Aub. Miraeo, Schol. in Hieronymi Catal., p, 95, edit. Cypriani.*

Paſchaſius Queſnellus *edidit Leonis M. Opera, cum notis et Diſſertat., Pariſiis, 1676, 4, 2 uolum., auctior rurſus prodiit eadem Lugd., 1700, f. Huic acceſſerunt Epiſtolae XXX. Conf. Ioſephi Antemii Diſſert. critica, de ueris OO. Leonis M. et Proſperi Aquinatis, Pariſiis, 1689, 4, ed.*

Plures *numerantur in Hiſt. Eccleſiaſt.* Iſidori, *Iſidorus Gnoſticus, ſec. II, Iſidorus Mercator, de quo Blondellus in Pſeudo-Iſidoro agit, Iſidorus Ruthenus, qui Concilio Florentino affuit, de quo uid. VVharton apud Caueum, p. 28, Iſidorus Peluſiota. Alius etiam eſt Iſidorus Cordubenſis, qui, ſeculo V,*

floruit, et libros IIII Commentar. in omnes libros Regum scripsit. Chronicon Isidori Hispalensis continuauit Ildefonsus Toletanus, quod edidit Feuardentius.

A Paschasio Radberto *diuersus est Radbertus Turegensis, cuius extant Historiae et casus Monasterii S. Galli, in Heluetiis. Hic Pasch. Radbertus, Corbeiensis, scripsit librum, de Corpore et sanguine Domini, contra Bertramum, presbyterum. Corbeiense coenobium exstruxit dotauitque Ludouicus Pius, Imperator.*

De Castalione *Scaligeriana, p. 55, edit. 1695, sic iudicant, Castalio optime tractasset sacras literas, si a multis Anabaptismi opinionibus liber fuisset, et adiutus ab aequo. Et Faber, in notis ad Scaligeriana, ille Castalio ipse est, qui, Canticum Cantic. flagitiosum esse librum, dicebat. Quidam Socinianum, quidam Anabaptistam, fuisse, asserunt. Latine doctum fuisse, constat.*

Bezae *Testamentum Gr Lat. editum Londini, 1582. Non semel usus est Martini Chemnitii Harmon. Euangelist. Confer uel Lucae II, 25. Vid. Crenii Animaduers. P. I, p. 58. Scaliger, in Scaligerianis, Monsieur de Beze n'est pas de trop grande lecture. Beza credidit uersioni Iunii.*

De Procopio Gazaeo *uid. Caue, P. II, p. 279, ubi meminit ἀνεκδότου Commentarii, in XII Prophetas minores, quem Latine factum post se reliquerat Iac. Garmerius nobile Societatis Iesu ornamentum.*

Christoph. Besoldus, *eruditissimus ICtus Tubin-*

bingenſis, magnam ſibi comparauit notitiam rerum Germanicarum, oſtendit in documentis Monaſteriorum VVurtenbergenſium, quae edere non debuiſſet, propter Pontificios.

Optatus Mileuitanus, *Afer, ſcripſit VII libros contra Donatiſtas. Liber ſeptimus in ſuſpicionem uocatur, ſed eſt reuera ἀνακεφαλαίωσις, et ſummaria repetitio, quaedam. Gabr. Albaſpinaeus fuit uir doctiſſimus, ſed in ſua editione Optati Mileuitani, 1631, 8, textum non explicat, ſed uerſatur ſaltem circa antiquitates, eaque de cauſa Balduina, 1563, potior eſt. Priorii editionem culpat Du Pin, in praefat. ad Optatum Mileu., quod is non ſolum nihil correxerit, ſed et multa noua inſperſerit σφάλματα, nec quicquam addiderit, quod non in aliorum notis iam dictum ſit.*

Sec. I, uixiſſe, dicitur Clemens Romanus. *Vid. Caue, p. 13, Dupin, T. I, p. 44. Genuina eſt Epiſtola Clementis prima ad Corinth. Omnia eius Opera, tum germana, tum ſpuria, edidit Gr. Lat. Io. Bapt. Cotelerius, in Patribus Apoſtolicis, Pariſiis, 1672, f.*

Saluiani *de patria diſputamus, neque rei eſt, in qua regna Graeciae uertuntur, itaque, cum non de omnium ueterum ſcriptorum patria conſtet, in illis antiquitatum tenebris, etiam huius de patria diſputat Baluzius, qui eum* Coloniae Agripp. *fuiſſe ortum, putat. Galli enim ſibi uindicant, ſi omnia excutio, falſi ſunt Itali, neque in Saluiano eius rei ueſtigium extat. Meo quidem iudicio, ex Gallia Belgica oriundus fuit. Plurimi putant, Afrum*

 fuiſſe.

fuiſſe Conringius, *Antiquit. Acad.*, *p.* 230, *Vbium Agrippinenſem coniicit. C. Ritterſhuſius fuit optimus* ICtus, *quem Germania uidit in literatura et antiquitatibus, edidit Saluianum. Nic. Ritterſhuſius in hiſtoria, qua Genealogiam explicauit, ſaepiſſime errat. Genealogia alioquin eſt ſatis bona. Saluianus, ſec. V, floruit. Vid.* Caue, *p.* 245.

Arnobius *librum contra gentiles ſcripſit, tanquam pignus fidei Chriſtianae, cum baptiſmum ab Epiſcopo impetrare non poſſet. Vid.* Caue, *p.* 315. *Liber eſt egregius et utiliſſimus, propter antiquitates eccleſ. Siccae, in patria, rhetoricam docuit. Apuleius ſaepe utitur uoce imperatus, pro imperitus, et ita etiam Arnobius, et in aliis uocibus, in ſenſu ſequiori adhibitis. Videntur Arnobius et Apuleius, quia hic paullo ante eum uixit, eiuſdem fuiſſe indolis, aut eoſdem ſcriptores conſuluiſſe. Nam, ſec.* II, *tempore Gellii, Archaiſmi in uſu erant maxime, eademque de cauſa non conſentio cum Gronouio, qui Gellii ſtylum magni aeſtimat, et omnibus ferme praefert. Gellius quidem bene ſcripſit, ſed interdum inuſitatas uoces adhibuit, et interdum lapſus eſt in antiquitate. In Lugdun. Bat. editione,* 1651, 4, *coniunctas habemus Canteri, Steuuechii, Elmenhorſtii, et Heraldi, animaduerſiones.*

Lactantium *alii uocant* Coecilium, *ſed in uetuſtis Codicibus Coelius appellatur. Vid. Caue, P.* I, *p.* 81, *Du Pin, T.* I, *p.* 319. *Lactantius non recte ſentit, cum animam hominis diuinae naturae partem aliquam dixit, ubi caute legendus eſt, benigna inter-*

interpretatione iuuandus. Animam, dicit, esse in brutis, animum in solis hominibus. Fallitur, quando dixit, Salomonem uixisse ante excidium Troiae. Nam sapientissimus Rex centum et, quod excurrit, annis post uixit. Librum Lactantii, de Mortibus persecutorum, nuper primum edidit Baluzius, in Miscellan., habetur etiam in edit. Cellarii, separatim habetur in Oxonienſi, 1608, Abone, 1684, 8, cum omnium notis, cura Pauli Bauldri Trai. Rhen., 1692, 8. In Anglia quidem editus est Quintilianus, sed satis mendose. Censura Lactantii, a Damaso, Episcopo Romano, lata uideatur in huius Epistolis ad Hieronymum, quae extant T. IIII OO. Hieron., f. 13, ed. Erasm.

Remigius *in Testamento utitur uocabulo pipae, quod non uidetur eius aeui, praeterea aliis uocabulis, quae in seculo quidem IX nota fuerunt. Conf. Schurzfl., Disput. V, p. 15. Chronicon Antissiodorense, liber quidem eruditus, sed non ab hoc Remigio compositus. Haymo fuit eruditissimus Episcopus Halberstadiensis et uicinarum regionum. Sub Haymonis nomine antea prodierunt Paris., 1556, explicationes Epistolarum Pauli, et a Fulberto, Carnotensi Episcopo, Haymoni ascribuntur. At Villalpaldus id destruere conatur, cui Cointius fortiora opposuit argumenta, Annal. Eccles. Franc. T. I, ad A.* 10 XXXIII. *Remigio Antissiodorensi uendicat Albertinus, de Eucharistia, p. 886. Caue Albertinum sequitur, p. 258.*

Fulgentius, *Afer, a Vandalis in exilium pulsus est, mox reuocatus. Editio optima Fulgentii Rus-*

benſis Mogunt., 1515, 1587, Pariſ., 1612, per Sirmondum, et in Biblioth. Patrum, T. IX, p. 16.

Magnus Salmaſius *errauit, qui Rodulphum Flauiacenſem, qui in Gallia, ſec. XII, floruit, ſec. X tribuit, ex eoque ueritatem Ioannis, Papiſſae, demonſtrare uoluit. Nullam autem fuiſſe Ioannam, Papiſſam, argumento eſt ſilentium ſcriptorum, integris CC annis, et, cum Conſtantinopoli tale quid acciderit, fortaſſe quidam Romam ueterem cum noua confuderunt. Eundem errorem eum Salmaſio commiſit Mareſius, de Ioanna, Papiſſa.*

Eucherius *Lugdunenſis fuit uxoratus. Extant enim inſtructiones patris ad filios, Veranium et Salonium, qui et poſtea Epiſcopi ſunt facti.*

Anſelmus, *Epiſcopus Cantuarienſis, fuit ex Gallia Tranſpadana oriundus, ſpeciatim ex Salaſſis. Caue habet Burgundum, Auguſtae in Alpibus natum, p. 438. Fallitur Caueus, qui Auguſtum Aoſtae Burgundiae annumerat, niſi forte Burgundiae nomine comprehendat Burgundicum regnum, cui ſuberant Salaſſii. Londini mortuus eſt, iuxta Lanfrancum, praeceptorem, ſepultus eſt.*

Franc. Aſſiſias *floruit, A. CIↃ CCIX. Aſſiſium exciſum Liburniae oppidum. Caue Aſſiſium facit urbem Vmbriae, ignorans Aſſiſium, uel Aſſiſiam, ab Ortelio, in Theſauro Geogr., urbem dici Illyridis, quae Liburniam complectitur.*

Trithemius, *in Catal. illuſtr. uirorum non exacte obſeruat ordinem temporum atque aetates ſcriptorum, ſecundum annos, non ſemper ſupputat, quod unico exemplo probatum do, Monialem Gandel-*

delheimenſem, mox ad ſec. V, mox ad X, mox ad principium XII, retulit. Voſſius autem exiſtimat, de Hiſt. Gr. et Lat., II, 41, ab homine, parum temporum intelligente, haec adiecta eſſe ad Trithemium.

Diptycha erant tabulae explicatiles, ex ebore et ſimili materia confectae. Si quis, uel in uita, uel in doctrina, labem contraxerat, aut non inſcribebatur, aut inſcripti nomen eradicabatur. Eiuſmodi Diptycha in uſu fuerunt ultra mille annos. Erant duplicia, unum uiuorum, alterum mortuorum, nomina continebat.

Baronii Martyrologium cum antiquioribus conferri opus eſt, alioqui periculoſa res eſt. Non eſt authenticum, quod in turbis Rom. deperditum eſt. Baronius notas addidit, et in iis ſaepius perinde, ut in Annalibus, lapſus eſt. Quidam inepti homines, praeſertim Romano-Catholici Germani, putant, Martyrologium hoc eſſe autoritatis claſſicae, Galli autem agnoſcunt ipſi, uariis fabulis et mendis laborare. Differt maxime ab aliis antiquioribus. Roſuueidi, qui uir fuit diligens, Martyrologium, Antuerpiae editum eſt, 1613.

Antonius Florentinus, ſec. XV, obiit. Viennae eſt MS. Liuii, quod, eodem tempore, ſcriptum uidetur, quo Pandectae Florentinae ſcriptae ſunt. Sunt enim eiuſmodi in ſcriptione ductus literarum, ſed non eſt integrum opus Liuii, nec unicum quidem eſt MS., in quo totus ſit Liuius.

Raymundi Pugionem fidei edidit nouiſſime Bened. Carpzouius, Lipſiae, 1687. Caue, p. 514, dnos

cen-

conſtituit Raymundos, alterum de Pennaforti, ad A. CIↃ CC XXIIX, *alterum Raymundum Martini, ad A.* CIↃ CC LXXIIX, *et hunc quidem Martini librum ſuum Pugionem fidei, ſuadente Raymundo, de Pennaforti, ordinis ſui Praedic. Magiſtro generali, ſcripſiſſe, aſſerit.*

Lucius Dexter, *Theodoſiani ſcriptor ſeculi, cuius Chronicon edidit Franc. Biuarius, ſed de eius ueritate merito dubitatur. Nuper quidam Roſtochii edidit, und hat ſich auf Boecler berufen, aber es iſt elend zeug, der kerl hats nicht uerſtanden, ich glaube nicht, daſs es uon Boeclern iſt, er muſte denn etuua diſcurirt haben, das uuird denn nicht recht nachgeſchrieben. Zu Kiel iſt es auch liederlich edirt, es ſind heſsliche dinge, in dieſem uuird geſchrieben, daſs Boecler ſtatuirt, er ſey in ſec. V geuueſen, das iſt falſch. Denn er lebte zu Theodoſii M. zeiten, ſec. IIII, dauon uuird auch nicht diſputiret, ob er dieſes Chronicon geſchrieben. Die Engellaender ſchelten ſehr auf den Spanier, Franc. Biuarium, als einen impoſtorem. Das Chronicon iſt treflich liederlich, ia, uuenn man dem glauben uuolte, uuurde man alle ueritatem hiſtor. eccleſiaſticam ubern hauffen uuerffen.*

Sixti Senenſis *Bibliotheca ſancta Pariſis, 1610, edita eſt admodum terſa. Sixti libro, et Flacii Catal. teſtium ueritatis, ſtudioſus theologiae uix carere poteſt. Eſt et talis VVolfii liber, ſed parum aeſtimo. Editio noua falſiſſima eſt.*

Gallia Chriſtiana *a fratribus Sammarthanis conſcripta eſt. Conſtat in Batauia 30 thal., pertinent*

nent huc Tomi V Du Cheſniani et Cointiani. Hi tres libri ſimul iuncti conſtant 120, uel 130, thal.

Italia ſacra Ferdin. Vghelli conſtat Venetiis 100 thal. Pertinent huc Caroli a S. Paulo Geographia ſacra, item Baronii Annales.

Iac. Gretſerus *in antiquitatibus Germ. fuit uerſatiſſimus. In Biblioth, Monarenſi praeclara aſſeruantur ad notitiam antiquitatum German.*

In Io. Bapt. Caſalii *libro, de Veteribus ſacris Chriſtianorum, allegata ſunt uitioſſima.*

Proclus *Platonem in ſummaria redegit, ibique uidemus argumenta librorum Platonis breuiter, uti in Liuio. Proclo carere nequit philoſophiae Platon. ſtudioſus. Poſſedit Procli MS. Lucas Holſtenius Romae, una cum multis aliis MSS.*

Liturgia *ſignificat opus ſacri officii, non ſacrificii, quod notetur contra Pontificios, qui putant, Liturgiam eſſe de tranſſubſtantiatione uel ſacrificiis Miſſae.*

Corpus ueterum poetarum *non eſt magnum opus, ſed ſunt notae in edit. Criſpin., quam Faber ſemper citat. Poetae editi ſunt in hoc corpore ex edit. Aldinis, Gryphianae nullius ſunt momenti.*

Corn. Ianſenius, *Epiſcopus Yperenſis, cum Louanii adhuc Profeſſor eſſet, delatus eſt in aula, quod errores quoſdam foueret. Tum Madriti, accerſitus ad cauſam dicendam, ita uerba fecit, ut delatorum nemo hiſcere auderet. Itaque dimiſſus, et Epiſcopatus honore auctus eſt.*

Vilelmus Cambdenus, *Varro Brittannus dicitur.*

tur. Huius Britanniae magnae optima edit. eſt Amſtelod., 1659, f.

Io. Meiſnerus *cum Dionyſ. Petauio, iam admodum ſeni, dubium aliquod proponeret, ex Scaligeri Chronologicis a Franckenbergero ſuppeditatum, reſpondere ad illud noluit, quod, omiſſis illis rebus, iam theologicis operam daret, excuſauit.*

Tabor, *ICtus Gieſſenſis, cum Conringio diſceptauit, quem cum Ditericus aliquando citaſſet, hoc pro iniuria accipiens, ex auditorio diſceſſit, impotentis animi indicio. Conf. Epiſt. ſelect.* CCCC XLIX *Petrus de Marca a Rege factus eſt Epiſcopus Pariſ., quia in negotiis Hiſpanicis operam eius expertus erat. Grotius intimus eius amicus fuit, ſed, cum aliquando cum conueniſſet, eique exprobraſſet, quod aſſuiſſet iniuſtae ſententiae contra Thuanum, iuniorem, adeo Petrum haec res male habuit, ut Richelio, Cardinali, hoc referret, qui ea de re Grotium ubique afflixit, donec Gallia excederet.*

Lullus *a quibuſdam Catalonicus dicitur. Nam Baleares inſulae pendent a Catalonia. Lullus fuit Balearis in Maiorca natus. Morhofius, in Epiſt. ad Languelotum, Archiatrum, ſcribit, Lullum uixiſſe adhuc, A.* CIↃ CCC XXXII. *Varthon etiam ait, Lullum obiiſſe, A.* CIↃ CCC XV, *et tamen citat libros, ab ipſo, A. 1332, et 34, ſcriptos, minus accurate. Lullus enim eſt natus, A.* CIↃ CC XIIII.

Sam. Bochartus *parem non habet in Geographia biblica, nimis induiget aliquando coniecturis nimis eruditis. Eius Opera omnia in Belgio recuſa ſunt, additis Epiſtolis, quae antea nunquam extite-*

titerunt. I. H. Maius ad Hierozoicum minus eruditas et futiles addidit notas, non didicit Graeca, Graece loqui ſtudet, dictio uero eius eſt uiliſſima. Das Griechiſch plaudern geht gar ſchlecht.

Bruſchius *multorum coenobiorum Bibliothecas et Archiua excuſſit. Tandem ſuſpicio ſubibat Pontificem, quia Egeranus erat, et Vittembergae uiſitauerat lectiones, et a latrone ſubſtituto inſidioſe caeſus eſt, cum multa rariſſima collectanea ſecum haberet.*

Saliſburgenſis dioeceſis *diſperat iacet inter Auſtriacas et Boias terras. Sic Geuuoldus, metropolin Saliſburgenſem deſcribens, complectitur Bauariam omnem cum ad eam pertinentibus. Conringius dixit, Parum progredi poſſe eos in hiſtoria Germanica, qui ignorarent hiſtoriam epiſcopatuum, quod uerum eſt.*

Muſaei *Diſputat., de Eccleſia, accuratiſſimae ſunt. Flacius in Bibliotheca Pragenſi diu uerſatus eſt. Papiſtae incuſant eum plagii ex Biblioth. Viennenſi et Pragenſi, nec inficiabor. De Ignatii Epiſtolis Graecis Pontificii dicunt, eſſe ſuppoſitas. Hic haeſitat Flacius. Hier in VVittenberg gieng die peſt an, da retirirten ſich die leute nach Magdeburg, da nahm Flacius unterſchiedene ſtudioſos und Magiſtros zu ſich, die excerpirten, er aber fuhrte die direction, und brachte die ſachen in ordnung. Conf. Epiſt. ſelect. LII, p. 52, ubi de Flacii ſcriptis iudicium extat.*

Baronii *liber, de Monarchia Siciliae, ſeorſim extat, in 8, eleganter ſcriptus. Paraeneſis ad Venetos*

netos extat, in 4, etiam, inf., iſt ſehr anzuglich. Papa enim Venetos excommunicarat, ob cauſas notas. Error eſt in Theatro Freheri, p. 65, ſcribentis, Baronius ſeptuageſimum ſuperfuit annum. P. Freherus in hoc Theatro perſonam ſuam male egit, homo nullius iudicii. Spondanus, continuator et epitomator Baronii placet. Antuerpienſis ed., 1594, X Tomis, eſt optima. Huic Papa, Sixtus V, priuilegium dedit, quo iuſſit, ut omnes reliquae editiones ad hanc componerentur. Sed opus eſt, ut addamus librum, de Sicilia, in 8, quod Hiſpanorum rationibus repugnat.

Ant. Poſſeuinus *fuit uir uariae doctrinae, ſed non ſemper accurate iudicat, in primis de libris hiſtoriae ciuilis.*

Aub. Miraeus *fuit Decanus in templo primario Bruxellis, ibi ſuis ſumptibus literas coluit, animumque aduertit ad hiſtoriam Belgicam. Idoneus fuiſſet, eſſe ſucceſſorem Lipſio in profeſſ. Louanii, commendatus etiam eſt ad illud munus, uerum Ericus Puteanus praeuenit, qui fuit uir eruditiſſimus et ultimus Hiſpano-Belgarum doctorum.*

C. Geſnerus *fuit polyhiſtor, parem Heluetia nunquam habuit, fuit alter Plinius, tres reliquit libros, inf., quos hodierni medici non intelligunt.*

Geor. Codinus *habuit cognomen Curopalatae, quod non fuit nomen proprium Codini, ut putatat Iunius, ſed nomen officii, quod ſignificat Magiſtrum Palatii. Scaliger, in Excerptis, in Curopalates.*

Io. Cantacuzeni *hiſtoria terſe ſcripta eſt, quia pri-*

priſcos Graeciae ſcriptores legit diligenter atque imitatus eſt, primus edidit Iac. Pontanus, Ieſuita, Pariſiis, 1645.

Des Ptolemaei *beſte edition iſt die Amſtel., ſo P. Bertius, 1618, edirt. Denn ſie iſt Griech. und Lat. Es iſt aub dabey das Itinerarium des Antonini Pii, item, Tabula Peutingeriana, das gehoert zur Deutſchen hiſtorie. Mutauit religionem, fuit Lugdun. Bat., et, diſſidiis, ob ſacra, inter Arminianos et Germanos exortis, in Galliam profectus, et regii Geographi dignitate auctus. Vitam haud otioſam egit. Emiſit enim tres libros Rerum Germanic., eoque in argumento laudem adeptus eſt, et, ut dixi, Ptolemaeum inter omnes, quos ſol aſpexit, maxime egregium notis illuſtrauit.*

Photius einer der klugſten, gelehrteſten und erfahrnſten maennern ſeiner zeit, uixit, ſec. IX, helluo librorum.

Conringius *cum Borrichio diſputauit, utrum Chemia ſit recens, an antiqua? Prius Conringius, poſterius Borrichius. affirmauit. Deinde diſceptarunt, num Chemia, an Chymia, ſcribi oporteret? Conringius dixit, Chemiam, cui ſuffragantur omnes libri MS. Graeci, in quibus paſſim* Χημία, Χημικὸς, *non* χυμία, χυμικὸς, *quod eſt falſum, legitur.*

Parker *et* Pearſon, *homines Angli, praeter meritum, Herodotum falſitatis arguunt, dicentes, non nullas in eo eſſe circumſtantias fabuloſas. Scriptor eſt omnino grauis ac diligens, uere Ionicarum amor deliciarum, ſed Codex multis in locis mendoſus, interpretatio Vallae non optima, per ſaepe uitioſa,*

uitiosa, sed a nemine hactenus melius concinnata. Plutarchus duas habuit odii erga Herodotum causas, altera est, quod ille de Cheronaea patria minus recte scripsisset, altera, quod origines Graeciae fabulose enarrasset. Herodotus est norma dialecti Ionicae, ut Thucydides Atticae. Theopompus Cnidius, Iulii Caesaris, amicus, compendium fecit nobilissimi operis. Voluit et Assyrica scribere, sed morte praeuentus est Herod.

Carolus V, *Rex Galliae, Thucididem Gallice uerti iussit.* Θέσθαι ὅπλα *apud alios Graecos significat, ponere arma, apud Thucydidem autem sensum habet plane contrarium, sumere arma. Marcellinus censet, IIX librum ab aegrotante iam Thucydide esse conscriptum. Marcellinus hic fuit Graecus, et scripsit uitas, et in primis Thucydidis, unde et* βιόγραφος *appellatus.*

Nonnulli doctorum Annam Fabram *summopere laudant et aestimant, propter eruditionem, quae tamen non adeo magna erat, plurimique libri a Tanaquillo Fabro conscripti, uel ipsis Gallis confitentibus. Multa etiam de duarum Patinarum eruditione differunt, quae mediocris est. Altera parum, natu maior eleganter, Latine loquebatur, sed altera minor palmam dabat sorori, et, post patris, Caroli Patini, obitum nupsit praefecto cuidam stabuli.*

Atticistas *appellamus, qui, post natum Christum, floruerint, Attici autem appellantur ii, qui, ante Christum natum, uixerunt. Atticistarum nobilissimus est Aelianus, praeter Plutarchum et Hero-*

do-

lotum. In edit. Tigurina, 1556, C. Geſnerus mul-
um praeſtitit, praeſertim in libris, de Hiſtoria ani-
nalium, non tamen expunxit et emendauit. In
ibris, de Natura animalium, Aelianus ſecutus eſt
Ariſtotelem, Nicandrum, Oppianum, multa quo-
ue ex Athenaeo deſumpſit, maxime in hiſtoria
aria, ſed in illis plurima extant menda librariorum
itio neglecta. Error in deſcriptione electri eſt
otus manifeſtuſque.

Dionyſius Halicarnaſſeus reprehendit in Thucy-
ide uocabula, ſimiliter deſinentia, quae tamen apud
ratores in loco poſita, laudem habent, et Iſocrati
)emoſthenique probata. Editiones Sylburgianae
int omnium accuratiſſimae.

Polybius ciuitate Megalopoli, Arcadiae urbe,
rat ortus, in Morea ſita. Hiſtoricum non decet
cta et archiua publica tranſcribere, ſed maxime
eceſſaria et optima ex iis deſumere, eaque ingenio,
t, commemoratis cauſis, ex originibus expolire atque enarrare. Excerpta Polybii edidit H. Valeſius, cui donauerat Peireſcius, uir liberalis et eruditos. Stylus eius eſt ſimplex, non aſcitus, ſed anus. Scripſit Polybius quaecunque a Romanis eſta ſunt, a tempore, quo primum extendere extra Latium coeperant, quouſque totius orbis impeium adepti fuerunt, atque haec ita ſcripſit, ut atini omnes eum poſtea ſint ſecuti. Hiſtoriam ocat καθολικήν, coepit ab initio belli Punici ſecuni, uſque ad Macedonici regni euerſionem. Erant bri XL, ſed V habemus ſaluos, ex ceteris excertus. Scipio, Romanorum dux, eum ſenem du-

xit in Africam. Samuel Lucius, praefectus tormentariae rei, le General d' Artillerie, imperante Henrico IIII, Gall. Rege. Boterus eum nominat alterum Caesarem, seu Polybium.

Strabo *in Grographia historica fuit summus, non uero in mathematicis. De longitudinibus, et ecclipsibus lunaribus determinandis, iam ante sesqui seculum, mentionem fecit. Sed haec ὡς ἐν παρέδῳ. Drauum, ait, in Narim labi, qui tamen Danubio miscetur. Confundit saepius Drauum cum Sauo, flumine Pannoniae. Strabo scripsit in dialecto Attica, ceteri historiographi plurimam in partem Attice scripserunt.*

Pausanias, *Caesareensis Cappadox. Nemo, post N. C., extitit, qui meliori successu nobis tradiderit historias et antiquitates Graeciae. Omnem enim Graeciam peragrauit, templa, inscriptiones, aliaque memoratu dignissima, perlustrauit descripsitque. Vixit sub Hadriano, Roman. Imperatore. P. 29 locus difficilis, nec dum explicatus, ubi particula ἔν parit difficultatem, quam Bulengerus loco mouendam, putat. Alii, pro ἀυτῷ positum, putant. In Homero enim saepius sic legitur. Chronologiam non satis accurate pertractauit Pausanias, saepeque eam ob causam a Scaligero corrigitur, ac fabularum arguitur, quod nec falsum est, cum Pausanias non tam ueras, quam mythicas, historias pertractauerit, quae ad cognoscendos poetas necessariae sunt.*

Dio Cassius *scripsit, sub initio sec. III, multa habet a Tacito, aliisque, omissa. Tradit nobis hi-*

hiſtoriam Imperatorum Romanorum, et prudentiſſime notat reipubl. mutationem, meretur que laudem uiri politici ac ſagaciſſimi. Perutilis eſt iis, qui iuris ſtudio animum applicant, aulaſque petunt. Sub Marco Antonino philoſopho, Roma uehementer turbata, propter foedus Sarmatarum, Marcomannorum, aliarumque nationum Alemanniae et Pannoniae, contra imperium populi Romani. In bello quoque miraculo eluxit legio Chriſtiana, fulminatrix poſtea appellata, quod miraculum non attribuit Dio pietati Chriſtianorum, ſed artibus magicis uult eſſe productum. Lex regia eſt, qua ſumma poteſtas a S. P. Q. R. in Imperio Rom. Caeſ. Auguſt. eſt tranſlata. Iac. Gronouius ſupplementa edidit lacunarum in Aenea Tactico, Dione Caſſio, Arriano, Lugd. B., 1675, 8.

Vertit Appianum *Alexander Petrus Candidus December, expetente Alphonſo, Rege, ſed nauci paſſimque corrupti exemplaris Graeci uitio, uel laborioſus interpres in eo opere ſeſe candidum praeſtare non potuit.*

Arrianum *Gr. et Lat. edidit Bonau. Vulcanius. Stylus eius Latinus quidem eſt, at textum non adeo commode expreſſit. Vulcanius ſe uocat interdum Hephaeſtionem, ad exprimendum nomen. Gloſſarium ipſius longe praeſtantius eſt illo Stephani Gloſſario, quod nuper denuo edidit Phil. Labbeus, quodque cum illo coniungendum.*

Philoſtrati *edit. Gr. Lat. Pariſ., 1608, optima et rara. Morellus eam correxit, uerum Tanaqu.*

Faber, in ea reperiendas esse plus, quam centum mendas, dicit. Est et alia editio Morelli, in 12, sed non nihil deficiens. Ed. Gr. Lat. Amstel., 1701, 4, cum notis Morelli et Blasii Vigenerii.

Scaliger *dixit, Maimonidem primum Iudaeorum fuisse, qui cessauerit delirare, et Iosephum, qui cessauerit nugari, prudentissimum omnium Iudaeorum fuisse, ac minime fabulosum. Sunt, qui Iosephum adulationis in Vespasianum nimiae arguunt, uerum bene sapienterque fecit, ut, eius facta describens, omiserit circumstantias molestas et odiosas, nec tamen ueritatem in illis rebus reliquit. Philo Iudaeus est prudens, sed stylus est affectatus. Titus Vespasianus, imperator, Iosepho mortuo statuam ponendam curauit, Romani quoque tanti aestimarunt eum, propter libros, de Excidio Hierosolymae, ut ipsum libertate donarent. Ed. Iosephi Basil., 1544, f., Bosio etiam probata et lecta, et notis aucta, lecta item Scaligero, iuniori, quod exemplar, in quo multa Ios. Scaliger sua manu notauit, possideo.*

Cilicibus *obiectum fuit a Romanis uitium mali sermonis ac scriptionis linguae Rom., ideoque Hieronymus dixit de stylo Pauli, eum non esse purum, cum fuisset Cilix, uerum hic commisit errorem prudentiae. In Amstelod. edit. Laertii emendanda et corrigenda operam posuit M. Meibomius, in corrigendo textu Graeco peraccuratus et diligens, atque, ob hanc rem, magnopere laudandus. M. Meibomius etiam edidit scriptores Musicos, opus luculentum. In eo errorem commisit M. Meibomius,*

in

in edit. Amſtel. Laertii, quod pro imagine Aeſchinis Socratici, quae omnino eum in locum ſuiſſet referenda, tanquam philoſophi, poſuerit imaginem Aeſchinis, oratoris. Vid. Diog. Laertius, p. 115, ed. Amſtel. apud. H. VVetſtenium

Polybius Liuium *ſuperat prudentia et iudicio, eius libri una pagina maius complectitur iudicium, quam ex Liuii ſcriptis liber unicus. Sed Liuius facta fideliter narrat. Exprobrant nonnulli, inprimis Palmerius et Rualdus Liuio, quod Polybium tantum nominauerit autorem non ſpernendum. Sed bene dixit per λιτότητα, ex more Romanorum, breuitatis ſtudioſorum, in titulis. Praefatio eius modeſte exarata eſt.*

Liuius *uerbis interdum ſingularibus et compoſitione inſuaui, id eſt, dura, propter traiectiones, uſus eſt. Perizonius, in libro quodam, multa oſtendit, in quibus Liuius ſibi contradicat. Ad L. IX, c. 13. Arpi, Apuliae oppidum eſt, quod ſe neſcire dicit Tanaqu. Faber. Miror, Gronouium hoc non annotaſſe. Bern. Scardeonius, Patauinus, egregium ſcripſit librum, de Antiquitate urbis Patauii, cum append. de ſepulcris inſignibus, f., 1560, in quo perrarae inſcriptiones leguntur. Patauii adhuc cernitur monumentum T. Liuii, nimirum urnae muro inſertae, more ueterum. Eiuſmodi eſt monumentum Regis Theodorici Rauennae, in Platea. I. P. Thomaſini Vita Liuii ed. Patau., 1630, 4. Idem Thomaſinus ſcripſit Orationem, de laudibus Hieronymi, Patauii excuſam, a. e., et librum, de Teſſeris hoſpitalitatis, una cum Liuii Vita, in Ba-*

 tauia,

tauia, Amſtel., 1670, recuſum. Ed. Liuii Mogunt., 1518, aliquando ab omnibus Codd. recedit, eam Belgae aeſtimant, Veneta, 1572, Sigonii, ſatis bona, nec in capita diuiſa, qui tamen interdum non omnino uim Liuianae dictionis aſſecutus eſt. Ad illuſtrandum Liuium, legi poſſunt C. Sigonii Emendationes, Venet., 1557, 4, Ald. Quae Freinſhemius neglexit, ea Douiatius ſuppleuit. Ed. Douiatii non ſatis bona. Ed. Francof., 1568, Alemannicarum optima, omneſque annotationes continet, quae in aliis ſunt omiſſae. Deeſt tamen Chronologia, quae in Baſileenſi, 1539, reperitur. Rhenanus interdum in uitioſum Liuii Codicem incidit. Gronouius ac Graeuius in editionibus Liuii et Ciceronis ſecuti ſunt edit. Gruterianam, uel ipſis confitentibus. Accepi ex Biblioth. Heinſiana Liuium, cum Codice Palatino per omnia collatum, inf., min. formae. Es iſt nicht der text Liuii, ſondern nur die uariae lectiones Cod. Palat., uuie ſie non der lection des Sigonii abgehen, uuornach ſie conferiret ſind.

I. Caeſaris *ſcriptura eſt ſimplex, ſed pura, non aſcita, nec inſuauis, terſa, nec exoleta, plana et perſpicua, quaſique in caſtris nata, neque, ob nimiam curam, ingrata. Citauit Ennium, uel potius prouerbium eius, ſeruato tamen hiſtoriae orationis decore. Alius, pro alter, L. 1 B. G., Latinum eſt, quia hoc ſignificatu uſurpat Plautus, in Captiuo, ſed alibi, quod ſciam, in proſa nunquam legitur. Includere in parietes Latinum eſt. Nam etiam Cicero dicit, animam in corpus includere. Ita et Vitruuius ſaepe. Caeſar utitur etiam ea phra-*

phraſi, ut ſummas res, pro ſumma rerum, dicat, quod ex Ennio deſumptum uidetur, adeoque in hiſtorica dictione non recte poſitum, ſed tamen etiam hoc Latinum eſt, quia et Nepos, in Eumene, dicit, de ſummis rebus deſperare. Lipſius dicit, Libros, de B. G. ſuppoſitos eſſe, nec germanos, Caeſaris. Magnum illum uirum ſua opinione huc ductum, puto, quia amabat ſtylum ſublimem et affectatum, nec probam eſſe Latinitatem, putabat, quae non ſit ſublimis, et conciſa, aut affectata. Fragmenta Caeſaris collegit Fuluius Vrſinus. Edit. Francof., 1575, f., inter optimas refertur et raras, Antuerp. Plant., 1593, accuratiſſima, Lugd., 1574, f., cum notis Hotomanni, Vrſini, Manutii, Iungermanni Francof., 1606, 4, Erfurt., 1669, 8, cum notitia Galliae Ioſ. Scaligeri, Antuerp., 1586, 8, Plant., ib., 1606, 8, cum fragmentis et ſcholiis, Mich. Bruti, ib., 1570, 8, Plant., cum notis Glareani, Baſil., 1666, 8, Amſtel., 1650, ib., 1644, 12, Arnoldi Montani, cum notis uariorum, Amſtel., 1670, 8, Graeuii, 1697, 8, Cellarii, cum notis et nouis tabulis Geographicis illuſtrata, Lipſ., 1705, 8. Merbizii editio multum praeſtat. Conf. Crenius, Animadu. phil. P. I, p. 8.

Pyrrhus Ligorius, *Neapolitanus, impoſtor fuit, proprio ingenio formauit Capitolium uetus, in libro Inſcriptionum duorum uolum., in f., ſecundum ueterum deſcriptionem, ſed eſt falſiſſime effectum, contra canones architectonicos. Regina Sueciae illum librum a Paedemontii Duce, tanquam rariſſimum, emit, in quo quidem multae et uariae antiquitates reperiuntur, ſed maximam partem falſae.*

Iulius *in Germaniam uenit ad Vbios et finitimas regiones, ubi Procurator fuit Romanorum. Conf. Dissertat., p. 45. D. Heinsius super Tacitum praelegit, eaque, qua usus est, editio., cum notis eius MSS. extat apud me. Edd. Romana Beroaldi, 1515, Veneta Riuii, 1517, Basil. Beroaldi et Alciati, 1519, ib., B. Rhenani, 1544, VVechel., 1592, cum Comment. Annibalis Scoti, Antuerp. I. Lipsii, 1589, ex qua Gronouius suam concinnauit, Paris., cum Lipsii et Merceri notis, 1606, 1648, cum Vell. Paterculo, Paris. Ludou. d'Orleans, 1662, Francof. Curtii Pichenae, 1607, 4, Venet. Ald., 1534, 4, Francof. Iani Gruteri, 1607, 8, Amstel Io. Frid. Gronouii, cum notis uariorum, 1672, 2 uoll., Hugonis Grotii, Boxhornii, Theod. Ryckquii, 1687, Saulius, Anglus, scripsit quaestiones in Tacitum, opus luculentum, magno cum iudicio exaratum.*

Velleium Paterculum *existimat Rhenanus. tempore Iulii Caesaris, uixisse, sed scriptionis genus a temporibus Caesaris longe est alienissimum. Aliquando dicit de Octauio, ubi debuisset Antonium denominare. Historia eius in duos libros diuisa. Istius opusculi liber II, qui integer, est quasi compendium aliquod historiae Rom., quam ampliore uolumine explicare destinauerat. Edd. Veneta, eaque antiquissima, 1476, Paris., 1608, Paris. Ludou. d'Orleans, 1622, VVechel., 1589, 12, Ger. Vossii, iunioris, 1658, Boecleri Argentor., 1642, Nic. Heinsii Lugd B., 1678, Oxon. e theatro Scheldoniano, 1693, 8, ubi, praeter criticorum notas lectionesque, ex Codd. MSS. depromptas, in primis reperiuntur*

Henr.

enr. Doduuelli Annales Velleiani, ſiue Vita elleii Paterculi, pro temporum ordine diſpoſita, uod nemo hactenus tentauit. Iſti Annales Velaani poſtea una cum Annalibus Quintilianeis, Staanis et Iuuenalis, ex eodem celebri theatro exieunt, 1698, 8.

Stylus Suetonii, *ubi proprio ſtudio ſcripſit, non tis bonus eſt, uerum, ubi nomine Imperatoris, ut ſenatus, tradidit, purus. Fuit enim ſecretaus Imperatoris, et ſenator Romanus. Cancellai nomen a cancellis, in quibus reſeruabantur liae, deriuatum eſt. Voces, Latio ignotas, uſurauit Suetonius, e. c., confiſcare, praetextus, uberm flere, cuiuſmodi uoces nobis ſunt euitandae. dd. Rom. antiquiſſima, 1472, Phil. Beroaldi, boinis eruditiſſimi, nec tamen iis, quibus hodie uimur, inſtructi ſubſidiis, Pariſ., 1610, Caſauoni edit. opt., in f., et locupletiſſima, ex qua noiſſima, 1691, 4, Hag. Comitum, Graeuii eſt expreſſa, in qua nihil, praeter notas Caſauboni, Torentii et Salmaſii, Boecleri, in 4, ex Caſauboniana xpreſſa Baſil., 1675, Car. Patini, in 4, nummis luſtrata, Baſil., 1542, 8, Lugd. B., 1651, ed. Schildii, um notis uariorum, in 8.*

Latinorum ſcriptorum *editio Sylburgiana, ex relo VVechel., 1588, f., prodiit, Graecorum, inter uos Eutropius relatus eſt, propter Paeanii interretationem, ſeu metaphraſin Graecam, 1590, f., ulgata eſt. Eſt et alia editio Latinorum hiſtoriae Rom. ſcriptorum, quae Aureliopoli prodiit, 1625, n qua comprehenſi ſunt omnes hiſtorici Romani*

Latini, Liuius, Tacitus, Suetonius, ſine notis, cum indice et tabula, per ICtum eruditiſſimum, Iac. Lectium. Caſauboni et Salmaſii Pariſ., 1620, f., ed. optima, Gruteriana Hanou., 1611, f., Caſaub. Pariſiis, 1603, 4 Salmaſii editio Hackiana Lugd. B., 1671, 8, ex Pariſienſi expreſſa, Obrechtiana Argentor., 1677, Boxhorniana Lugd. B., 1632, III uoll. Hiſtoriae Auguſtae ſcriptorum editio Mediolanenſis rara, ſed minus emendata. Hiſtoriae Romanae ſcriptores Latini ueteres omnes Geneuae, 1653, f.

Diſtinguendum eſt inter hiſtor. Rom. et Auguſtam. Romana eſt de ſtatu reipubl., ſub Regibus et Conſulibus, Auguſta uero appellatur, quae tractat acta Imperatorum et Caeſarum. Multas continent Hiſt. Rom. et Aug. ſcriptores Latini minores ueterum ceremonias et antiquitates, alibi non frequentes, aliaque, ut uitas Papiniani, Vlpiani, aliorumque elarorum uirorum.

Salmaſii Exercitationes Plinianae *dignae ſunt nomine Polyhiſtoris. Acri erat uir ingenio, ſed et uehementi, et in omnes dicere ſolitus. Non nulli ipſum a Papicolis ueneno ſublatum, uolunt, in thermis Spadanis, quoniam multa contra Ieſuitas ſcripſit, quanquam pater pontificius fuit. Vxori moribundus mandauit, non nulla opuſcula ſua igni tradere, ſed factum non eſt. Edd. Pariſ, 1629, II uolum., f., edit. optima, conſtat in Batauia XX thal. Recentior editio Traiectina ad Rhenum minus limata, aliquot tamen eius opuſculis, uulgo non obuiis, aucta. Acceſſerunt huic editioni, de Homonymis hyles Iatricae, Exercitationes ante-*

hac

c ineditae, ac, de Manna et ſacharo, Traiecti ben., 1689, f., Tomis II. De Salmaſio, quantus r fuerit, uid. Patiniana, p. 14, ſqq., Naudaea-, p. 121.

Plinius *cum fuiſſet uir ſummus in omni antiquite, et biſtoria praecipue naturali, Solinus eum itatus eſt, et libellum conſcripſit, qui cum Pli-i Operibus nunquam comparari debet, quem ſuperſſimo titulo, Polybiſtorem appellauit, quod nomen is libris ne Plinius quidem dederat. Hunc ergo rum examinandum ſuis ponderibus, ut dicunt itini, et explicandum, ſibi ſumpſit Salmaſius, et Solino commentatus etiam eſt in Plinium. Solinus enim Plinii ſimius eſt, et eum ſequitur. Ex c cauſa Salmaſius Exercitationes Plinianas, ſeu olino-Plinianas, conſcripſit, aliquando tamen emoria et ingenio confiſus nimium, coniecturis dulſit. Conf. Prolegom. in Morhofii Polyh., p. 4. linus et Pomp. Mela ed. Baſil., 1543, f., non optia, Camertis ed., 1538, f., uulgaris.*

Cornelius Nepos uulgo dicitur Aem. Probus. Edd ndr. Schotti Francof., 1609, f., ed. optima, I. Hoecleri aliquoties recuſa, I. A. Boſii, in 8, Boeriana edit. melior.

Nicephori Chronologia *prodiit Baſil., 1564, f., ipſ., 1573, 4.*

Salluſtius *laudandus eſt, ob modeſtiam et aequitem animi, qui, cum fuiſſet inimicus Ciceroni, unquam uituperauit eum, neque laudauit. Interdum antiquiorum imitator ſuperſtitioſus, et niius nouorum affectator. Aruntius fuit Salluſtii in-*

infeliciſſimus imitator, Edd. Veneta, 1474, f., ib., 1590, f., Baſil., 1564, f., Lugd. B., 1665, 8, Hakiana, cum notis Gronouii. In hac editione Gronouius non contulit Codd. MSS. Ed. Riuii, cum notis Melanchthonis, fragmentis et annotationibus Glareani, Colon, Agripp., 1560, 8, idem cum notis Coleri, Norimb., 1599, 8, idem, ad Ciacconii et Buſchii notas recognitus, Lugd. B., 1612, 8, apud Aldum, Venet., 1557, 8, Zanchii Commentar. in Catalin. Salluſtii, ib., 1554, 8, cum ſcholis A. Manutii, ib., 1588, I. Gruteri, cum notis uariorum, Francof., 1607, 8, ex Biblioth. Medicea, Flor., 1576, 8, Ph. Parei, Francof., 1622, 8, Aldorum Manutiorum, apud Plant., Antuerp., 1564, 8, cum notis C. A. Ruperti, Norimb., 1671, Lud. Carrionis, ib., 1579, 8, Aldorum Manut. Romae, 1563, Auſ. Popmae, Franek., 1619, 8, ex recenſ. Ph. Parei, et cum animaduerſ. Ph. Parei, et cum animaduerſ. et notis D. Parei, Francof., 1649, 12, cum obſeruation. Th. Graſuuinckelii, Lugd. B., 1642, 12, apud Ianſſ., 1647, 12, ib., 1621, 12. Pareus cum Grutero conferri nequaquam poteſt. Hic enim libros, ueterumque inſcriptiones, optime calluit, editioneſque eius aeſtimantur magni.

Habetur MS. Codex Iuſtini, cui aſcriptum eſt, Curtium eſſe confectum ab Italo quodam, nomine Bruno, ſec. XIIII, modi imitandi ſcriptores perito. Is multos in Geographia commiſit errores, praeſertim, libro X. Maxime imitatus eſt Arrianum et Iuſtinum, Liuii quoque ſermonem aſſumens, multos commiſit in dictione ſoloeciſmos et Graeciſmos.

Corri-

orrigendus ſaepe eſt per Diodorum Siculum. Curus eſt foetus ſuppoſitus, productus a uiro non inudito et ingenioſo, Arrianum et Iuſtinum exſcrifit, et Latinum Arrianum quaſi aliquem reliquit. dd. Veneta, eaque antiquiſſima, Veronenſis, 1491, Raderi Colon., 1628, f., ed optima, Freinſhemii rgentor., 1670, 4, cum omnibus uariorum notis, indice perutili, ed, inſignis, Blanckardi Lug. B., 49, 8, Acidalii in Curtium Animaduerſiones, rancof, 1594, 8, ex recenſione et cum notis Fr. lodii, Colon., 1589, 8.

Tres ſunt clariſſimi liberti *Imperatoris Auguſti*, blegon Trallianus, Phaedrus, Hyginus. Phlentis libri interciderunt. Phaedrus bene ſcrift fabulas. Stylus Hygini eſt ſimplex et inquiatus. Eſt quidam liber, qui inſcribitur Theologia lythica, et meretur, qui coniungatur cum Hygi, cui poteſt addi Gyraldi Syntagma hiſtoriae lythicae. Singularia ſunt Hygini, nubere cum iquo, quod alias recte dicitur, nubere alicui, et uditus omnium rerum, quod rectius conſtruitur um Ablatiuo. Editio Hygini Baſil., 1549, nihili eſt, hefferi, 1674, 8, optima.

M. Ant. Coccii Sabellici *pater, faber ferrarius* iſſe, dicitur, qui filium ſuum Tiburem, ſtudium cauſa, miſerit, hic inde Romam uenit, inforatuſque eſt a Pom. Laeto et Calderino. Multum diuuit reſtitutionem literarum, cui natus erat. raſmus male de eo ſentiebat, et Iouius famae us detrahebat. Magis callebat Latini ſermonis egantiam, quam Iouius, Eraſmus tamen ipſum

in

in Latinis ſuperabat. Scripſit adhuc, Acio 1xvi, notaſque confecit non contemnendas in autores non nullos.

Ger. Mercatoris Chronologia *non eſt emendata ſatis et accurata.*

Bibliotheca MSS. librorum Phil. Labbei *liber eſt perneceſſarius ad hiſtoriam medii aeui. Vnde et Iſ. Voſſius in Collegio, de cognitione librorum, quod priuatim cum quibuſdam adoleſcentibus legit, principium ab hoc libro fecit. Non nulla in Labbei Bibliotheca reperiuntur de hiſtoria Saxonica, quae nunquam alibi inueniuntur. Curatores Acad. Leidenſis Biblioth. Voſſii emerunt 12000 flor., ſed non nulli perhibent, Voſſium, iuniorem, optima et primaria MS. retinuiſſe. Vegetius ſcriptor eſt rei militaris, ſed ſtylus non eſt bonus. Dicit aliquoties, paruitas mea.*

Alciatus, ICtus *conſummatiſſimus fuit, adeoque ſuperauit Cuiacium. Eiſdem temporibus fuit in Italia Socinus, ICtus, cuius libri magni aeſtimantur, in praxi meliores, quam Alciati, ſed hic magis deditus erat literis humanioribus. Non immerito illi tribuerentur nomen Socratis Italici, aut Inſubrici. Fuit Profeſſor Mediolanenſis Gymn. Carolus I, Rex Hiſpan., conſtituit eum Conſiliarium, aliiſque honoribus affecit. Primus edidit notitiam dignitatum utriuſque Imperii ex MSS., ſine notis. Vid, praef. eius.*

Chriſtoph Heluicus, *qui edidit Theatrum, fuit optimus ſui temporis Prof. Gieſſenſis et doctiſſimus, mortu-*

ortuus non adeo magna aetate. Vidua eius poea nupſit B. Schuppio, Hamburg.

Piaſecii, *Epiſcopi Polonici, Chronicon extat, in . min., pereleganter res Polonicas tradidit, ſed in externis interdum haeſitauit, inprimis in Germanicis.*

Perſona *fuit Decanus Bileſeldenſis. Bileſeld. eſt oppidulum VVeſtphaliae, ſub ditione Electoris Brandenb., Comitis Marco Caſtello prope Spangenberg Autor Chronici Magni Belg. eſt monachus, quem uocamus Io. Nyſſienſem.*

Ego omnia Becani Opera *poſſideo ex Bibliotheca G. Mercatoris, cuius annotationes paſſim apparent.*

Gaudebat Syluius *eloquentia naturali, ſtylus tamen improbus erat. In Epiſtolis eius multa praeclara leguntur facta illorum temporum, ideoque Boeclerus recudere parabat, ſed poſtea illud negotium intermiſſum eſt. Boeclerus edidit. Syluii Vitam Friderici III, Imperatoris, Francof., 1685, f.*

Conradus, *Vrſpergenſis Abbas, genere nobili ortus a Lichtenau, uixit, in extremo ſec. XII et initio XIII. Eius Chronicon Phil. Melanchthon publicauit. Sunt et aliae edit., uti Baſil. et Argentorat., ſatis bonae.*

VVittechindus, *Corbeienſis monachus, ſcriptor ſec. X. Sunt qui putant, eum Ottonum trium Imperatorum hiſtoriam contexuiſſe, ſed falluntur. In principio enim Imperii Ottonis III obiit. Ed. Reineccii Francof, 1577, f. et Meibomii, ib., 1621, editio optima. Subiunctae ſunt notae et diploma-*

ta

ta quaedam, ad hiſtoriam maxime idonea, ab eodem collecta Acceſſit Roſuuithae Hiſtoria Ottonis II. Roſuuitha fuit uirgo Veſtalis, ſeu monialis, ut uocant, illuſtris, Germanica natione, gente Saxonica orta, in monaſterio Gandeſheimenſi quodam ſacerdos, Extant Opera eius partim ſoluti, partim uincti, ſermonis genere, duobus ab hinc ſeculis, a Conr. Celte formis primum expreſſa. Nouiſſime, 1707, cura et ſtudio H. L. Schurzfleiſchii, cum praefat. et indice, Vittembergae, in 4, prodierunt.

H. Conringius *dixit, Omnes medicos Olai Magni librum, de Gentibus ſeptentrionalibus, in manibus habere oportet, propter egregiam, et plane completam, quae in illo continetur, phyſicam. In regionibus Arcticis plurimae reperiuntur phyſicae et naturae admiranda et ſecreta.*

Albertus Cranzius *primum in Miſnia fuit Cizae et Numburgi. diligens, et ceteris monachis eruditione praeſtantior, unde et ipſi infenſiores erant, donec in Saxoniam inferiorem, remearet, Roſtochii doceret, et denique Praeſul Hamburgenſis fieret. Vſus eſt libris publicis Hamburgi et Bremae, multaque hauſit ex Alberto Stadenſi, et Gobelini Coſmodromio. Eius tempore, Lutherus reformat. inſtituebat, quem aliquando ſic alloquebatur, O frater Martine, abi in celiam tuam, et dic, miſerere mei, Deus. Cum Lutherus inchoaret emendationem religionis, pauciſſimi fuerunt eruditi Vittembergae, praeter Riuium, VVeſtphalum. Scripſit Vandaliam, Saxoniam, Metropolin. Ed. Colon., 1520,*

20, f., Francofurt., 1580, f., edit. optima, II uolum., mnia eius Opera continet.

Saxo Grammaticus, *uerius Saxo Sialandicus, fu- Profeſſor in Academia Sorana, Arnobium, quod nimaduerti, diligenter ſecutus, neque a iudicio nops fuit. Ed. opt. Io. Stephani, Sorae, 1644, Baſil., 1534, f.*

Olai VVormii, *Muſeum magni aeſtimatur, praeſertim, ob phyſicas res, mentionem facit cornu Oldenburgici, aſſeruati in cimeliarchio Hafnienſi, quod tamen non idem eſt, quod Oldenburgi monſtratur. Illud in Iutia repertum eſt a puella ruſtica aureum, cuius Cimbri, ipſius ſententia, in ſacris faciundis utebantur. Maioris pretii aeſtimo Muſeum, quam Faſtos eius Danicos, ed. Hafn., 1626, f.*

Theatrum nobilitatis Sueciae *Holmiae, 1616, f., prodiit. Sueci nobilitatem ſuam ad ſeptingentos retro annos extendunt, uerum falſo, omnia, quae de ipſorum Regibus, ultra annos CIↃ CCC, narrantur, mirum in modum fabulis ſunt inquinata.*

Beatus Rhenanus *alicubi dicit de uocabulo, notio, ſed minus recte iudicauit. Eſt enim illud inridicum uocabulum, ſignificans idem, quod cognitio.*

Marqu. Freherus, *Conſiliarius Palatinus, cuius in aula Monacenſi aduerſarius fuit Chriſtoph. Genuoldus, Conſiliarius Ducis Bauariae. Freheruset Genuoldus de uicariatu Imperii certarunt, num deberetur Electori Palat., an Electori Bauariae? Freherus ſtabat a partibus Palat., eumque defendebat, Genuoldus autem attribuebat Electori Bauariae. Prodierunt Freheri German. rerum Scriptores,*

apud Vvechelum, 1600, 1602, 1611, f., III Tomis, II uolum., Boiemicarum, f., Origines Palatinae, 1613, f.

Pantaleon *et* Geſnerus *doctiſſimi fuerunt totius Heluetiae uiri. Biblioth. Geſneri initium fundamentumque fuit Morhoſii. Sim. Schardii Syntagma tractatuum, de Imperiali iuriſdictione, autoritate et praeeminentia, ac poteſtate eccleſiaſtica, deque iuribus regni et imperii, prodiit Argentor., 1609, f. Scriptorum Pithoei optima editio Pariſienſis.*

Gluuoldus *Io. Auentinum accuſat, quod Hermanni Abbatis Chronicon Altaichenſe ſuſtulerit, Lambecius uero diu poſt edidit, in Catal. Vindobon. Conf. Diſſertat. Academ., p. 41.*

Gerardus deRoo *res Auſtriacas ſtylo eleganti compoſuit, et fidem in ſcribendo comprobauit, ductis a Rudolpho Haſpurgico initiis. Hiſtoria eius Auſtriaca edita eſt Oeniponti, 1592, f.*

Oſorius, *Epiſcopus in Luſitania, floruit, temporibus Reginae, Eliſabethae, in Anglia, et ſcripſit uaria, ad hiſtoriam, religionem et mores, pertinentia. Eius Opera omnia Romae, 1592, f., edita ſunt.*

Leon. Brunus, *Aretinus, ſua aetate, et multae eruditionis, et magni nominis, uir. Aretinus notat patriam, ut Calepinus a Calepo, oppido Italiae, Spalatinus a Spalato, oppidulo Norico.*

Monumenta Italiae a Laur. Schradero, *Halberſtadienſi, perquiſita ac diligenter collata, ſed non accurate ſemper et ex fide monumentorum deſcripta,*

unlga-

uulgarique prelo excuſa, Helmſt., 1592, f., contra, quam fieri oportebat.

Proſper *primus in hiſtoria Francica legendus, poſt hunc Labbei Biblioth. MS. Inter ſcriptores Quercetanos certum reperire licet Horiconem, ex quo patet, Pharamundi patrem Marcomirum fuiſſe, cuius et Claudianus, poeta, mentionem facit, quod nuſquam alibi reperitur. Scriptores iſti Quercetani optimi ſunt, in primis in hiſtoria eccleſiaſt. ſec. V, VI. Dorſchaeus omnia ex illis deprompſit, cum de Concilio Francofurtenſi Diſput. haberet. Galli iſtum librum, etſi nunc XXC thal. conſtat, nunquam recudere uolunt, quoniam multa in eo reperiuntur, quae iuribus ac poteſtati hodierni Regis contraria ſunt.*

Sleidanus *multa a Mart. Bellaio, cuius in domo et conuictu fuit, accepit.*

Paulus Aemilius *optimus eſt autor in rebus Franco-Gallicis priorum ſeculorum, quamuis Italus. Sic Polyd. etiam Vergilius Italus fuit, et optimus in hiſtoria Anglica. Sub nomine Francorum continentur Chriſtiani Occidentis Imperii, Franci, Alemanni, Angli, Itali. In Geſtis Dei per Francos continetur hiſtoria ſec. XI, XII, XIII.*

Pro libello memoriali *libentius dixerim, libellus memoriae, etſi Grammondus ipſe et Gellius barbaro hoc uocabulo fuerint ſic uſi.*

Iuſtus Aſterius, *de Pace Pragenſi, ſcripſit. Io. Deckherrus, in libro, de ſcriptis adeſpotis, p. 174, autorem ueriſſimum aſſerit Io. Stellam Bipontinum. Hornius tribuit Grotio. Ante Carpzouium Petrus*

Oſtermannus, Moguntinus, qui, intentata refutatione, diſſimulato in ſpeciem nomine, ſtellam errantem uocat. Coelius Curio Profeſſor fuit Baſileenſis, ſcripſit egregium magnaeque induſtriae opus, inſcriptum, Forum Romanum, optimum Lexicon, quo ipſe Buchnerus uſus eſt in conſcribendo Fabro.

Leo Allatius, *uir eruditiſſimus fuit, quod libri eius comprobant, ſed nimis fuit addictus Pontificis Romani commodis. Praefectus fuit Bibliothecae Vatic. Liber eius, de Templis, non tractat antiquitates templorum, ſed tantum fata eccleſiarum antiquarum, in primis Graecarum, profunditatem fundamenti, aras, cetera. Apes ipſius urbanae liber elegans et ualde aeſtimatur, pertinet ad hiſtoriam literariam. Recenſet enim uiros claros et illuſtres, qui, annis 1630, 31, 32, Romae fuerunt, et typis aliquid euulgarunt, quos uocat apes.*

Florus, *principio II ſec., floruit. Edd. in uſum Delphini Pariſ., 1674, 4. Idem editus eſt in forma minori a Salmaſio, Freinſhemio, Argentor., 1669, 8, Gruteroo, Minellio, et nouiſſime a Graeuio, qui ſuperiorum animaduerſionum notas expendit, atque interdum caſtigauit, aliquando autem Nic. Heinſii, quem ſequitur, coniecturae eruditis non probantur. Nicol. Blancardus edidit, 1690, 4, Franek., Laur. Begerus adornauit nouam Flori editionem, in uſum Regii Principis, cum notis uariorum, Colon. March., 1705, f.*

Rycquius, *Stephanum Byzantinum uixiſſe, putat, ſec. V, ſed credo, eum floruiſſe, principio ſec. VI, quia multa in eo ſunt, quae acta ſunt, primis annis,*

Iuſti-

Iuſtiniani M. Graeci ipſum nominarunt ἐθνικόγραφον, quia, dum recenſet nomina locorum propria, ſemper addit gentilitium. Th. de Pineda Amſt., 1678, eum edidit, qui eſt Iudaeus, et ſtudiis literarum ſeſe dedit. Gronouius, iunior, multum et familiariter eo uſus eſt. Rycquius diu Romae uixit, eruditiſſimus uir, uerum obiit non adeo magna aetate.

Aretinus *plagii inſimulatur, quaſi hiſtoriam Gothicam, ſuppreſſo Procopii nomine, publicaſſet, accuſante Perſona, qui aliud exemplar nactus, Graeci autoris titulum ingenue confeſſus eſt. Conf. P. Iouius, in Elog. Aretini, p. 20.* H. *Grotii prolegomena, in 8, ſunt breuiarium hiſtoriae Gothicae Procopii.*

Plutarchus *eſt polyhiſtor, aliquando difficilis, praeceptor Traiani, Imperatoris.*

Paderbornae inſtrumenta publica *bona aſſeruantur. Tempore Ferdinandi L. B. a Furſtenberg, fuit Paderbornae Ieſuita doctiſſimus, Petrus Schardius, qui Furſtenbergium multum adiuuit in conſcribendis monumentis.*

P. Bembus *Latinis magis fuit imbutus, quam Lipſius, hic praeſtantior in antiquitatibus. Non nullae Orationes a Bembo ſimplices nimis ſunt compoſitae. Obiit, A.* CIↃ IↃ XLVII. *aet.* LXXVII. *Vid. Patin. P. III. Conf. Epiſt. ſelect., p. 197.*

Nicol. Craſſus *omne ſtudium contulit ad gentis Piſaurae honorem hiſtoriamque deſcribendam. Ed. Venet., 1652, 4.*

Iter facientibus, ex Germania in Italiam, obiiciuntur in confiniis non nulla uetera caſtella, della ſcala, unde Scaligeri nomen habent.

Iac. Gaddius, *de Scriptoribus non eccleſiaſticis, opus edidit, cuius T. I Florent., 1648, T. II Lugd. Gall., 1649, f., prodiit, et non ſua tantum, ſed et aliorum ueterum, et recentiorum, iudicia de ſcriptoribus exponit.*

Petrus Puteanus, *uir incomparabilis, pauca Latine ſcripſit, plurima, eaque optima, uernacula lingua tradidit. Multa oſtendit Regi ſuo, quomodo regnum uerſus Lotharingiam ampliari poſſit. Ed. Pariſ., 1652, 4. Vita Iunii a Merula perſcripta, Puteani a Rigaltio, et Fabiani de Dohna a Voſſio, tres ſunt omnium optime exaratae.*

Surius *edidit Vitas ſanctorum VI uolum., f., incepit hiſtoriam a N. C. ad ſec. uſque XIII. Surius, Baronius, et Henſchenius, efficiunt totam hiſtoriam eccleſiae Chriſtianae, in primis ſeculorum recentiorum. Vitas ſanctorum Bollandi continuauit Papebrochius.*

Io. Ludou. Fabricii *erudita pietas, elogium Electoris Palatini continet. Theologi quidam de eo libro iudicarunt, eruditam illam pietatem a pia eruditione eſſe ſeiunctam. Ed. Heidelb., 1656, 4.*

In Batauia M. Z. Boxhornius, *de Typographiae inuentione eleganter quidem diſſerit, cedit tamen Mallincrotio. Edit. Boxhornii liber Lugd. G., 1640, 4. Mallincrot, de Ortu et progreſſu artis typograph. Colon. Agripp., 1639, 4, prodiit.*

D. Blondellus *uir eruditus in hiſtor. eccleſ., ſed uaſer et callidus homo.*

Paulus Ieniſius *Hiſtoriam Annaebergenſem conscripsit. Is fuit Bibliothecarius Guelferbytii. A*

non-

nonnullis dictus est Mirabilis Icnisius. Ed. Dresdae, 1605, 4.

Goldastus *Henrici, monachi, Annalibus Ingolst., 1618, 4. ed., in historia Boiemica multum usus est.*

Io. Marianam *nonnulli eruditorum iure nominant Hispanorum Liuium.*

Io. Loccenius, *patria Holsatus, temporibus Gustaui Adolphi, in Sueciam uenit. Christina, Regina, pluris aestimauit Loccenium, quam Boeclerum, in scribendi ratione difficilem.*

Eber. Wassenbergii *stylus est affectatus, ut omnium Polonorum. Edidit Gesta Vladislai IIII, Ged., 1643, Carcerem Gallicum Principis, Io. Casimiri, ib., Poloniam defensam contra Io. Barclaium, ib., 1648, 4. Petrus de Marca scripsit librum magni ponderis, in f., qui inscribitur Histoire de Bearn, Paris., 1640, item, de Finibus Hispaniae et Galliae, qui nominatur Marca Hispanica. Fuit gente nobili ortus. Scripsit etiam, de Concordia sacerdotum et Imperii, Qualis ipse futurus esset, singulari praesagio sacerdotis Pontificii fuit ostensum, a quo recens natus infans fonte fuit ablutus. Dixit uero ille, quanquam minus conuenienter applicans uerba Seruatoris, peracto officio, Tu es Petrus, et super hanc petram etc.*

Alph. Delbene *liber de Gente et familia Marchionum Gothiae, eius nempe, quae Septimania uocatur, egregius est.*

Nos appellamus aeuum Theodosianum *primam partem sec. V. Latinitas eius aeui improba est, et*

idcirco ſtylus Codicis Theodoſiani peſſimus eſt, ſed Pandectae et Inſtitutiones Iuſtinianeae meliore Latinitate gaudent.

Henr. Bangertus, *Adorfio Valdeccus, Rinteliae ſtudiis literarum operam nauauit, poſtea Rector Lubecenſis factus eſt. In reditu ex Thermis Pyromontanis decidens ex curru cruciſragium paſſus, quo poſtea deceſſit.*

Gothardus Arthus *diligens fuit Dantiſcanus. Caſpar Ens et G. Arthus, ſuperiore ſeculo, magnam induſtriae ſignificationem omnibus dederunt. Sed prior iudicio pragmatico praeſtabat.*

Io. Iac. Chiffletius *Portum Iccium maris Flandrici deſcripſit, ſed eo accuratior Carolus du Freſne de eo egit in Diſſertation., ad Vitam Lud. Sancti nuper editis. Ed. Chifflet. Antuerp. 1627, 4. Chiffletius putat, Portum Iccium Caeſaris eundem eſſe, quem hodie uocant Phaure de Bologne, ſed du Freſne dicit, illum eſſe Viſantii, ad uillam inter Caletum et Bononiam interiacentem, cui ego album calculum adiicio. Communis ſententia eſt, Icciũ eſſe Caletanum.*

Damianus a Goes, ICtus *celeberrimus et Conſul Lugd. B., Legatus in multis Europae aulis fuit. Extant Opuſcula eius uaria, Louan., 1544, 4, ed.*

Tabulae Geographicae Naſſi Eddini, *Perſae, et Vlug. Beigi, Tartari, Io. Grauii cura accurate fideliterque editae ſunt Lond., 1652, 4. Idem ille Aſtronomiam Perſarum accurate ac diligenter perueſtigauit. Ed. ibid., 1652, 4. Geographica deſcriptis regionum extra fluuium Oxum, eius induſtriam teſtan-*

tur

tur circiter Oxum ib., 1650, 4. Optima eſt Geographia exterarum regionum.

Attici Oratores, *qui fama nominis et gloria doctrinae praeſtiterunt, ab H. VVolfio conuerſi et illuſtrati ſunt, futuri meritorum locupletiſſimi teſtes Magnam profecto operam ſtudiumque in hac exercitatione conſumpſit, et de iuuentute in primis bene meritus eſt hic VVolfius, ut quae, hoc duce, conniſa ſenſim, ingredique paulatim et perſequi ueſtigia ueterum poſſit.*

Iac. Pontanus, *uir multa doctrina, et uaria cognitione rerum, in omni genere optimarum, praeditus, nec minus iudicio et uſu confirmatus, multa et elimata edidit, inter quae laudanda Philocalia eius, Aug., 1670. Ed. Colon. eſt nihili.*

Stephani Nigri, *eruditi et antiquitatis apprime periti uiri, Dialogus Mediolani, 1517, prodiit.*

Abramus Calouius, *zelo Athanaſius, labore Adamantinus, corpore pariter robuſto, et animo firmo, fuit, fato datus, ut nouas ex Arminii doctrina, uelut ex radice, prognatas, ſectas, refelleret ac diſturbaret, in Chronologia, Commentariis praemiſſa, tribus annis, ſe inſudaſſe mihi, A. CIↃ IↃC XXCI, affirmauit, memoria, iudicio, ſummus, nec frangi, nec fatigari, laboribus potuit, ut diuinum ac coeleſte aliquid in uiro non obſcuris indiciis agnoſceretur. Natus Morungae, caluiitium habebat.*

Car. Stephanus, *ceteroquin eruditus uir, Auſtraſiam et VVeſtraſiam exponit, errore maximo, et non tantum contra originem ſed etiam contra ueritatem rei. Multa et grauia ex eo errata notat Cremius, P. III Animadu. p. 46.*

Ad

Ad G. I. Voſſii Rhetoricam contractam. *Nullus Panegyricus apud Romanos maiori diligentia eſt compoſitus, quam Plinii. Hinc etiam innumeri fere in eum commentarii extant, quorum tamen, meo iudicio, optimus eſt et ceteris omnibus praeferendus, quem ſcripſit Berneggerus. Rhetoricari idem eſt, ac, ſophiſtico more, dicendi copia et concinnitate exultare. Ars obtinet ſemper finem, Rhetorica non ſemper, E. non ars. Reſp., diſtinguendum cum Logicis inter finem internum et externum. Medicina quoque non ſemper finem obtinet, et tamen eſt ars. Zeno primus Romae docuit Rhetoricam. Cicero hat Lateiniſche collegia gehalten. Pro obiecto dicit Cicero, res ad dicendum ſubiecta. Ex propoſitis colligere, quod ſequitur, dicitur, ex praemiſſis concludere. Dialecticus habet Mercurium in pectore, philoſophus in ore. Philoſophus poteſt eſſe diſertus, non tamen eloquens. Quintilianus Romae primus docere eſt iuſſus autoritate publica. Vid. Creſſollius, IIII, 3, p. 183. Dicere appoſite, Voſſius dicit accommodate. Corpore, item, potens eſt, poetice dicitur. Apud nos qui apparet bonus uir, i. e., uere bonus. Mos ueterum erat, et quidem Platonicus, per dialogos informare. Vniuerſaliter et partic reucht naeh der ſchule. Quaeſtio finita, ſeu definita, proprie eſt oratorum, et in uitae uſu ac foro uiget, et ideo diſtribuitur in genera cauſarum. Tranſferre in cauſas, Cicero dixit, tranſferre ad hypotheſin, h. e., ad quaeſtionem, ut rhetorici uocant, finitam. Quaeſtionis infinitae exemplum, an deligendus ſit belli*

im-

imperator? finitae, an Pompeius deligendus ſit belli imperator, ſeu, an praeficiendus ſit bello, contra Mithridatem gerendo. Vid. Oratio pro Manilia. An parricidium ſit puniendum? Quaeſtio, an temperantia ſit laudanda, an Scipio, propter temperantiam, ſit laudandus, hypotheſis eſt. An pro beneficiis gratiae ſint agendae? Quaeſtio, an Caeſari pro reſtituti Marcelli beneficio gratiae ſint agendae. Vid. Orat. pro Marcello. An ciuem occidere liceat? An Clodium, ciuem, eumque uitae inſidiatorem, occidere liceat? Orat. pro Milone. Loci ſunt capſulae et ſedes, unde argumenta deſumuntur. Loci, non loca, oppoſitorum iſt philoſophiſch, nos uocamus locos contrariorum. Intrinſecus adiectiue iſt nicht recht. Extrinſecus, a, um, iſt diabol. latein. Ich kann ſagen cauſa extrinſecus mouens externa. Graeci uocant αἴτιον. Quintiliani Orationes taugen nicht den teufel, ſind ſuppoſitae, ſed declamationes bonae. Seneca ſcripſit controuerſias, heiſt bey uns allezeit ein ſaz. Eccleſia hat Cicero nicht gebraucht, daher ein orator beſſer ſagt, coetus diuinus, oder reſpublica Chriſtiana. Artificialis et inartificialis iſt, kein latein, ſed inſitus et aſſumptus. Opus habeo taugt nicht, ſed opus duco. Quidam ſtatuunt quatuor genera cauſarum, annumerato didaſcalico, conſtituunt autorem ſeculi Melanchthon. Loco uocis accidens melius dicitur, res, quae in poteſtate noſtra ſunt. Logomachia eſt diſputatio de terminis, e. c., cumquidam ius gentium dari, negant. Carpit auram uitalem, poetice, apud Virgilium.

Non

Non dicitur, ille Hector pugnauit, ſeu, eſt Hector, ſed ille, quem ad modum Hector, inſtar Hectoris. Pugnantia loquitur, i. e., contradictoria. Aduerſantia, pugnantia, i. e., oppoſita loquitur. Num, an, iſt nicht uuohl geredet, ſondern utrum, an, ne, an. Carthaginienſes, non Carthaginenſes. Applicatio taugt nicht. Cauſam dicere iſt, uuenn ich muß ſelber rechenſchaft geben. Itaque reus cauſam dicit, aduocatus defendit. Reſultat taugt nicht, ſed redundat. Syllogiſmus affirmatiuus taugt nichts, ſed aiens, affirmatiuus heiſt eigentlich ſo uiel, als confirmatiuus. VVenn die philoſophi influxum brauchen, ſagt man beſſer, affectiones, e. c., aſtrorum affectiones. VVenn ich uon einem menſchen rede, muß ich ſagen belua, non beſtia. Defendere contra iniuriam male, melius ab iniuria. Ego a te reſtipulor, melius, ego repromitto. Serenum coeli eſt Graeciſmus, Non imis, ſed intimis, ſenſibus affici. Multiplex et uaria lectio iſt beſſer, als multiiuga. Praecipue cum taugt nicht, ſed praeſertim cum. Non deliquium, ſed defectio, lunae. Taxare iſt nicht ſo gut, als reprehendere. Non in Deo, ſed per Deum, uiuimus. Appetitus inſenſibilis, melius, iraſcens. Suetonius reprehenditur, quod in enarrandis imperatorum uitiis ea ita recenſeat, ut approbaſſe, aut iis certe delectatus fuiſſe, uideatur. Tecum uiuere amem, tecum moriar, Ouidius, non ita eleganter, tecum mortuus, eſſe uelim. Sedatus, placatus, animus, iſt nuohl geredet. Delinificus poetiſch, Latinius blandior, item, mulcere iſt poetiſch, Cicero,

ro, demulcere, licet illud etiam in Liuio uſitatum. Delinire animum, rectius, placare animum, contractio animi, id eſt, aegritudo, ſi animus de ſtatu ſuo mouetur. Filius Dei, Latinius, mens Dei, Spiritus uero, amor et aura coeleſtis. Vindicator, Latinius, uindex. VVer uuaſſer ſaeuft iſt ein grillenſaenger, opiniater kerl, hypochondriſch und melancholiſch, ex ratione phyſica. Propoſitio ICtis ſpecies facti, eſt mera declaratio. Res enim declarat, non probat, E. non eſt initium confirmationis, quod uult Fabius. Ego a Fabio ſaepe multumque diſcedo. Propoſitio Latinis ſemper maiorem ſignificat. Propoſitiones ſyllogiſmi non recte dicuntur, ſed enuntiationes. In concluſione maxime mouere debemus, ut uerba quaſi in auditorum animos deſcendant, Argumentum eſt ratio, rei dubiae faciens fidem.

* * *

Matthaeus VVeſtmonaſterienſis, ſcriptor Anglus, non tam hiſtoriam, quam florilegium, reliquit, quod cum Chronico Flor. VVigornienſis, coniungendum, et, hiſtoriae Anglicae cauſa, euoluendum. Ed. Francof., 1601, f.

Scriptores rerum Britannicarum a Marqu. *Frebero* editi, Heidelb., 1587, f. iidem editi ſunt ab *Henr. Sauilio*, 1601, apud VVechelos, accurate et diligenter, cuius in rem literariam et hiſtoriam patriam merita non ſilentio, neque obliuione, ſunt delenda. A *Io. Seldeno* iterum, Londini, 1602.

Anglia ſacra, *ab Henr. VVharthon.* Lond., 1692, f., ed. Fatetur is autor, multa ueterum Angliae

gliae monumentorum intercidiſſe, atque, in eo Italos et Gallos feliciores fuiſſe, ultro concedit. Antiquitates Anglicas inſuper illuſtrauit *Iac. Vſſerius*, Praeſul. Armach., egregius ſcriptor

Polyd. Vergilius, homo externus et Italus, ſcitus et elegans ſcriptor, quamuis Angli eiuſdem fidem ſuſpectam habeant, et palam eum reprehendant. Ed. Baſil., 1546, f.

Vilelmus Paradinus, ſtudium atque induſtriam in hiſtoria probauit, ſed autoritate eſt infra alios ſcriptores. Ed. LL. IIII, 1548, f.

Mathaeus, Pariſienſis, ſcriptor uerax et liber, et ſeculo eruditionis experti, ubi, uel pauci, uel nulli, ſcripſerunt, ad ſcribendam hiſtoriam aggreſſos, ab XI ſec. eam auſpicatus, ad ſua tempora perduxit. Ed. Londin, 1640, et, ubi alia quaedam addita, 1684, Pariſiis, 1644, priori 1640 melior.

Hector Boethius, Scotorum ſua, aetate, doctiſſimus, maximeque diſertus, ſed in ultimis patriae ſuae rebus fabuloſus, a Io. Ferrerio continuatus. Ed. Pariſ., 1575, f., opt.

Iacobus Vvaraeus, Hibernus, eques auratus, cum diligentia, tum iudicio, praeſtans rerum Hibernicarum Annalium ſcriptor, haud quaquam in eo hiſtoriae genere contemnendus. Dublin., 1664, f.

Vbbo Emmius, Friſius Orientalis, pater eius, Roſtochii Dau. Chytraeum, Vittembergae, Melanchthonem, audiuit, literas perinde, ac antiquitates, memoria tenuit, hiſtoriam erudite, nec ſine orationis ubertate, conſcripſit. Opera Chronologica, Groningae, 1619, f., Hiſtoria Friſiae, Lugd. B., 1616, f.

Pieri-

Pierius VVinſemius, ſcriptor, a conatu et ſtudio ſcribendi hiſtoriam Friſiam, commendandus. Ed. Leouard., 1629, 1646, 4. Eiuſd. Oratio, de ſtatu uniuerſarum Prouinciarum, ib., 1618, 4.

Aegidius Bucherius, egregius, et Belgii ueteris perquam peritus ſcriptor, ordinis Loiolitici, nec, ſine laude, hoc loco nominandus. Ed., 1655, Leodii, f.

Euerardus Reidanus, H. Grotio, planior, nec diligentia inferior, accuratus quoque, et reipubl. tabulis, in ſcribenda hiſtoria uſus, quam in Latinum conuertit Dionyſius Voſſius, iunior, atque in ea re eruditis ac prudentibus uiris induſtriam probauit. Ed. Lugd., 1633, f.

Hugo Grotius, Delfenſis Batauus, Belgii Tacitus, ab ingenio, doctrina, iudicio prudentiaque, laudem habet, et meretur admirationem, ſed conciſa dictio eſt infra eius argumenti dignitatem. Ed. Annal. et Hiſt. Belg. Amſtel., 1657, f., opt. Obſidio Grollae, a Grotio docte diligenterque monumentis eſt mandata. Ed. ibid., 1629, f.

Dan. Heinſius, obſidionem Siluae Ducis erudite eleganterque compoſuit, et uel, ob noua rei militaris uocabula, quae feliciter et appoſite expoſuit, legendus eſt. Ed. Lugd. B., 1631, f.

Marcus Zuerius Boxhornius, in obſidione Bredae pulchre elaborauit. Ed. ibid., 1640, f.

Io. a Leydis, cum, ob diligentiam, tum ob peritiam rerum, in Belgio geſtarum, merito hic commemorandus.

VVernerus Teſchenmacherus, ſcriptor haud ineru-

eruditus et diligens, ſed non uſque quaque in hiſtoria accuratus, praeſertim in antiquis Rom. et Francorum rebus. Ed. Arnhemenſis, 1638, f.

Iac. Meyerus, praeſtantiſſ. Flandricarum rerum ſcriptor, et fide pariter, ac diligentia, commendatiſſimus. Ed. Antu, 1651, f.

Franciſc. Haraeus uaria ſcripſit, quae doctrinam eius diligentiamque confirmant, inter alia Annales Brabantiae, opus in eo hiſtoriae genere non ſpernendum. Ed. ibid., 1523, f., uoll. 2.

Stephanus Niger, a doctrina et diligentia, ſua in primis aetate, aeſtimandus. Opuſcula, Baſil., 1532, 4.

Breuiarum Rom. hiſtoriae, ſecundum Liuium, cum ſcriptoribus Rom. hiſt. accurate et emendate editis, omnino conferendum.

Longus, poeta Eroticus, et iucundus lectu, cuius *ποιμενικὰ*, ſeu, paſtoralia, facile delectant, et utiliter cum Theocrito ac ueteribus, qui in hoc argumentum incubuerunt, legendus. Ed. Florent., 1598, 8, per eſt rara, cum hac coniungenda eſt ed. *Iungermanni*. Ed. nouiſſima *Petri Moll*, IC. Franequ., 1660, 4.

Cinnamus, ſcriptor Graeco-Romanus, qui de Rebus Imperatorum, Origine et Familia Comnenorum, eſt commentatus. Extat nunc in Hiſt. Byzantina. Ed. *Caroli du Freſne*, cum notis, Pariſ., 1670, f., *Cornelii Tollii* Traiecti ad Rhen., 1652, 4.

Aloyſii Cadamaſti, *Columbi*, et aliorum, Nauigationes, Latine et diligenter perſcriptae, Ed. Baſil., 1532, f.

9996663

INDEX